Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Müller

M. Henrici Mulleri, Rostochiensis Methodus Politica : Exhibens & Praecepta Politica, ex Divino, Naturali, Gentium, & Civili iure probata, variisq[ue] tam Recentis, quam Prisci Aevi Historiis illustrata, & Quaestiones tum Politicas, tum Iuris Publici nonnullas easq[ue] utilissimas ; X. Dispp. in Illustri Academia Rostochiensi proposita, Anno 1653. Mense Februario & Martio

Rostochii: Richelius, 1653

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

J Ib - 3082 1-2
~~Jc 1 - 3117~~
41c 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730500446/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0003
DFG

M. HENRICI MULLERI,
Rostochiensis

METHODUS POLITICA.

Exhibens & Præcepta Politica, ex Divino, Naturali, Gentium, & Civili jure probata, variisq; tàm Recentis, qvàm Prisci Ævi Historiis illustrata, & Qvæstiones tùm Politicas, tùm Juris Publici nonnullas, easq; utilissimas.

X. Dispp. in Illustri Academiâ Rostochiensi propositæ,

Anno 1653. Mense Februario & Martio.

ROSTOCHII,
Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0005
DFG

Ex
Bibliotheca
Academicae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0006
DFG

Illustrissimo & Celsissimo
PRINCIPI ac DOMINO

DN. GUSTAVO ADOLPHO,

Duci Megapolitano, Principi Vetustæ Gentis Henetæ, Sverinensi & Ratzeburgensi, itemq; Comiti Sverinensi, Rostochii & Stargardiæ Domino,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

Salutem à Jesu Christo!

ILluxit per Dei gratiam, Celsissime Princeps, *Patriæ nostræ felicitatis publicæ auspex dies, qui post limini nova gaudia reportavit, lætitiæ auspicia designavit, & nos, remo-*

remotâ omni lugendi ſchenâ, pronos poſt nubila Phœbum manere juſſit: Dies, qui præteritorum temporum calamitates abſterſit, & lucem caliganti Megalepoli reddidit. Dies Tui reditus, Inluſtriſſime Princeps, qui poſt peractam peregrinationem Patriis Te reducem exhibuit Laribus. ô Diem ex omni memoriâ cultu magnificum, cujus ſimilem vel voto ſaltem concipere non ſuccurrit! Ibatur in promiſcua lamenta, omnes luctus, dolor omnes occupaverat, ipſe ſyderum ſignifer Sol, laureatas manus expandere ſolitus, mœſtitiâ confuſus lumen Megalepoli denegabat. Quid enim? Princeps aberat, quem omnes abiiſſe dolebant, pro cujus ſalute mœſti fumabant Patrii foci. Non hunc abiiſſe doleret Patria, cujus unius humeris omnis ſalus incumberet? quem non ad Vicinos ſolum Principes ac Heroës, ſed

sed ad extremos Batavos, Gallos, Hispanos, Italos dubio fortunæ periculo abire cerneret? Verum, quàm subito is, quem omni voto expetivimus, dies illuxit! Quorum anteà præsentis periculi species corda animosquè horrore præstrinxerat, nunc subito in lætitiam versi, omnem tristitiam exsuerunt. Sic omnia mutata, omnia inversa, ut exstinctâ Veteri novam Megalepolin existere crederes, omnesquè in gaudia conspirasse jurares. Tibi, Perbenigne rerum omnium dispensator IHOVAH, Tuaque clementiæ hæc omnia debemus, qui calidis nostris fatigatus & exoratus suspiriis, Illustrissimum Nostrum Principem, salvum conservasti, & Patriis redhibuisti penatibus. Hunc diem, Celsissime Princeps, certatim hactenus & Tibi & Patriæ literatorum cohors gratulata fuit. Egone autem

autem alto otio & pigritiæ indormiã? neutiquam, Heros Augustissime. Sed frequentibus ardentibusque itineris Tui Moderatorem IHOVAM laudibus ac votis pulsavi. Laudibus, quod T. Celsit. sub alis suæ clementiæ protegere, protectam in tanto salutis discrimine conservare, conservatam nostro bono redhibere voluerit. Votis, ut posthâc quoque T. Illustriss. Celsitud. suæ demandatam habeat curæ, eamque in Patriæ Nostræ splendorem ac salutem diutissime & felicissime perennare clementissimè largiatur. Nunc ipse quoque ad T. Illustrissimæ Celsitudinis pedes submissè devolvor, & quam inter infinitas ferè occupationes à nonnullis Eximiæ Virtutis ac Eruditionis Viris-Juvenibus stimulatus concinnavi Methodum Politicam, hanc Tuæ Celsit. subjectâ manu ac mente offero, & quidem

dem eò lubentiùs, quò certius Amore in Optima Studia eorumquè Cultores ità inclinare Eam scio, ut ipsorum domicilium juxtim atque Patrocinium esse concupiscat Suum. Serenâ igitur fronte accipe, Illustrissime Princeps, Chartaceam hanc quidem, integerrimæ tamen devotionis meæ paropsidem, & Clementissimo Benivolentiæ Tuæ condimento eandem reddere sapidiorem & veluti animare Gratiosissimè annue. Benè Vale, Domine Clementissime, & Imperatori, Patriæ Tuæ, Tuisque, Musis & Mihi Vive quàm diutissimè quàm felicissimè. Dabam Rostochii ipsâ Dominicâ Palmarum. Anno Χριστογονίας 1653.

T. Illustriss. Celsitud.

subjectissimus

M. Henricus Müller.

Qvid

QVid juvet egregiæ doctissima pignora mentis
Intra privatos continuisse Lares?
Dum vulgas, MÜLLERE, sapis: tibi fama paratur,
Atque aliis referas utilitatis iter.
Multa tuis sese curis debere fatentur
Leucadiusque Deus, Castalidumque cohors.
Quamvis non egeas, liceat tamen addere calcar:
Quam bene cæpisti currere, perge viam.
Scripta quidem multi nullius ponderis edunt:
At tu quæ seclo prodis, acumen habent.
Sic juvat ætatis florem sacrasse Camænis!
Sic juvat & famæ velificare suæ.

Andreas Tscherningius,
Prof. P.

ΣΥΝ

ΣΥΝ ΘΕΩ.

M. Henrici Mülleri,

Roſtochienſis,

METHODUS POLITICA,

propoſita.

In Illuſtri Academiâ ad Varnum

Totam Politicam diſpeſcimus in partem extraeſſentialem ſeu proœmialem, & eſſentialem; & hanc ſubdividimus in tria capita, benè conſtituendi, adminiſtrandi & prolapſam erigendi Remp.

PROOEMIUM

DE POLITICA IN GENERE.

Reſpond. Johannes Ganßwind/ Elbing. Pruſſus.

§. 1.

VOcabulum *Politicæ eſſe inter τὰ πολλαχῶς λεγόμενα, nemo eſt, qui ignoret.* Uſu Peripatetico *ſumitur nonnũquam generaliter, prout ſuo ſub ambitu complectitur integram Philoſophiam moralem* (a) Vulgari uſu *Politica talem de ſignat artem, quâ quis verſipellis inſtar omnium*

(a) *l. 1. M. M. c. 1. l. 1. Rhet. c. 2. l. 1. Eth. c. 2*

omnium hominum moribus atq; ingeniis sese accommodare, variisq; technis ac fraudibus incautos circumvenire potest. Uterq; significatus hîc exsulat. Prior; *quia missâ parte Politicæ generali quam Ethicam appellant, eam tractandam sumimus partem, quæ* Politica in
(b) l. 10. Nicom. c. ult. specie sic dicta *appellatur. Quo sensu usurpavit vocem Politicæ Aristoteles (b)* Posterior; *quippe quam nos ignorare cãdidè profitemur.*

§. 2. *Hæc Politica in specie sic dicta* nomen *suum sortitur* à materia circà quàm *versatur, nempe* ἀπὸ τῆς πόλεως, *s.* à civitate, *quia considerat optimam civitatis formã, & ex fine tanquam ex principio demonstrat, quænam Civitas optima sit, nempe ea in quâ*
(c) l. 1. Nicom. c. 2. *verum hominis S. B. maximè floret. Quam originationis rationem assignat Philosoph. (c)*

§. 3. *Hanc Politicam videmus communiter in Politicorum libellis per* Prudentiam, *tanquam per* genus *definiri. Quod nisi cum grano salis accipitur, planè absonum est. Nam* 1. *à prudentia denominatur aliquis prudens; à Politicâ nemo dicitur prudens. Multi enim sunt prudentes, qui Politicam ne à limine quidem salutarunt. Contrà multi universalia Politicorum libellorum præcepta velut proprios ungues noverunt, & tamen ne micam salis ac prudẽtiæ in toto corpore gestant.* 2. *Politica circà universalium explicationem versatur; Prudentia autem in universalium*

ad sin-

ad singulares casus dextrâ applicatione occupata est. 3. Politica à Præceptore disci potest, vel vivâ, vel scriptâ voce; Prudentia nonnisi per longum usum, experientiam & exercitium adqviritur 4. Politica est in intellectu scientifico; prudentia in intellectu deliberativo. Potius ergo Politicam salutamus scientiam de prudentiâ civili, qvàm prudentiam: sicut eum, qvi præcepta Logica exactè novit, nec tamen, ubi opus est, ad usum ea accommodare potest, non dicimus callere artem Logicam, sed habere scientiam de arte Logicâ. Interim, si Politicam consideremus, prout jam in praxi, h. e. in commoda præceptorum universalium ad singulares casus applicatione posita est, Prudentiam jure merito appellari, ambabus palmis concedimus.

§. 4. Esto ergò talis descriptio: Politica (in usu posita) est prudentia Remp. benè constituendi, constitutam rectè gubernandi, & prolapsam erigendi, ad obtinendum S. B. civile. De genere suprà vidimus. Differentia desumitur à modo versandi circà objectū. Methodus ex capp. ordine clarescet.

§ 5. Objectum Politicæ est Respublica. Qvæ, qvia nihil aliud est, qvàm civitas benè ordinata; civitas autem ex familiis coalescit; ac familiæ tribus societatibus, conjugali, Patriâ, Herili, absolvuntur, ordo ἀνα-

λύσεως requirit, ut primò omnium de his societatibus agamus.

LIBER PRIMUS
De
Reip. Constitutione.
CAPUT I.
De Societate Conjugali.

§. 1. COnjugalem societatem esse Principium & quasi seminarium Reip. *Cicero* affirmat *(d)* Unde cultissimarum gentium consvetudine varia cælibatui imposita sunt pænarum genera. *Romani* mulctam pecuniariam inflixerunt. *Corinthii* cælibes sepulturæ honore privarunt. *Argivi* ad dignitatem publicorum munerum adspirare eos non siverunt. *Spartani* cælibes viros festo qvodam die capillis circum aram tractos á fœminis colaphis cædi passi sunt. Qvod judicium δίκην ἀγάμων ἀγαμίας vocarunt.

(d) l. 1. off.

§. 2. Conjugalis societas vel *constituitur*, vel *conservatur*, vel *dissolvitur*.

§. 3. *Constituitur* per personas contrahentes, easq; non nisi duas. *Perfecta enim amicitia non nisi inter duos esse potest.* (e) Damnatur ergò *Polygamia*, qvalis apud varias

(e) l. 8. Eth. c. 9.

varias gentes varia fuit. Uxorum communicatio apud Britannos, *teste Cæsare.(f)* & Lacones teste *Xenophonte (g)* obtinuit. Alternationem earundem populo Judaico *(g)* usitatissimam fuisse sacræ literæ docent. Usufaria uxorũ permutatio apud Germanos veteres, notante Cæsare *(h)* & Arabes, referente *Strabone (i)* locum habuit. *Dices;* Polygamia Patriarchis à Deo fuit concessa. Resp. 1. dist. inter dispensationem & legem. Nec qvod permittitur, statim approbatur, sicut patet de libello repudii 2. nobis vero non exemplis standum est, sed legibus.

(f) *l. 5. de Bell. Gall.*
(g) *de Rep*
(h) *l. 4. de bell. Gall.*
(i) *l. 16.*

§. 4. *Essentiale* matrimonii contrahendi est *consensus mutuus* partium contrahentium, signo aliqvo externo, eoq; minime ambiguo expressus, prout illud leges cujusq; loci statutariæ decernent. Æqvitati maximè consentaneum est, ut hic consensus sermone aperto indicetur. Qvær. *An is, qvi sub conditione contraxit, ad consummandum contractũ cogi possit?* Conditiones turpes ac impossibiles in Sancto hoc negotio adhiberi vix præsumitur: si tamen fuerint adhibitæ, ineundo magis, qvàm consummando contractui obstant. Stultus enim foret, qvi sub tali conditione pangeret, pacti initi vel pœnitentiâ ducen-

dus, vel pœnam luiturus. Conditiones autem honestæ ac possibiles vel sunt necessariæ, vel mere contingentes. *Sub illis* qvi adstipulatus est nuptias, ad contractum consummandum obligatur. *Sub his* vero qvi promisit, non tenetur nisi positis conditionibus, qvibus in suspenso manentibus, suspenditur; sublatis, tollitur consummatio contractus, sic tamen ut durante suspensione neutri parti ad alia vota properare liceat.

§. 5. Consensus partium contrahentium absolvitur duobus actibus, qvorum alter est intellectº; alter voluntatis. *Ille* objectum cognoscit & dijudicat; *hæc* dijudicatum liberè appetit ac eligit. Reqviritur ergò objecti *notitia & libera electio*.

§. 6. *Notitia* reqviritur in objecto *tum* eorũ, qvæ ad contractũ matrimonialem essentialiter, *tũ* eorũ, qvæ accidentaliter pertinent. *Priorum* notitia absolutè necessaria est, qvæ præsens efficacem obligationem gignit, intercluſa verò sponsalibus nondum consummatis obstat, consummata vitiat ac rumpit, inæqvaliter tamen sicut ex dicendis patebit. *Posteriorũ* notitia non est absolutè necessaria, eaq; s. adsit, s. absit, sartus tectus manet contractus.

§. 7. *Priora* illa tria sunt, 1. ut contrahens cognoscat an persona, cũ qvâ vult contra-

here,

here, sit libera, suiq; juris 2. an sit cohabitationis conjugalis capax 3. an sit intemeratæ pudicitiæ.

§. 8. *Personarum, qvæ alieno juri subjectæ sunt, aliæ sunt in potestate parentum, aliæ in potestate Dominorum (k)* Sui ergo juris non sunt (1.) *liberi,* qvamdiu sunt sub potestate Patris, vel qvi Patris loco est, tutoris. Hinc cassa sunt sponsalia absq; parentum consensu inita, nisi subseqvens rati habitio robur ipsis addat. Fundatur hæc positio (1.) in *jure divino (l)* (2.) in *jure naturæ,* qvod reverentiam deberi genitoribus à genitis hominum mentibus insevit (3.) in *jure gentium,* qvod rem invito Domino non esse alienandam præcipit. Liberi vero qvi parentum consensu susq; deq; habito contrahunt, seipsos ex potestate paternâ alienant & in alterius dominium transeunt. (4.) in *jure civili. Justas nuptias inter se cives Romani contrahunt, qvi secundum præcepta legum coëunt: masculi qvidem puberes, fœminæ autem viripotentes, s. patres familiarum (m) l. si sint, s. filii familiarum, dum tamen, si filii-susp. § qvo familiarum sunt, consensum habeant pariam ff. de rentum, qvorum in potestate sunt. Nam inoff. test. hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio suadet, in tantum, ut jussus* (h. e. voluntas) *(m) parentum præcedere debeat.* Vult *l. 2. ff. de* ergo Jus civile, consensum parentum, *s. ritu nupt.*

(k) *Inst. de his qvi.*

(l) *Exod. 22 17 Col. 3. 20*

ille sit tacitus (cum scientes non contradicunt) s. expressus, deberi interponi initio, dum sc. matrimonium contrahitur. Dixi suprà, *qvamdiu sunt sub potestate patris* h.e. qvamdiu filii adhuc pars sunt familiæ parétum. Posteaqvàm enim ex familiâ excesserunt, salvo reverentiæ débito, in omnibus αὐτεξούσιοι sunt, suiq; juris, docente *H. Grotio* (n) Hinc in reiterandis nuptiis non usq; adeò parentum dissensus contractui officere potest. Addidi; *nisi subseqvens rati habitio robur addit.* Si enim parentes à liberis exorati, posteà contractum rati habuerint, is ipse ex se illegitimus, ex eventu redditur legitimus, ex eo tempore, qvo consensus parentum accessit. Qvær. *An ergò parentum dissensus simpliciter irritũ reddat contractum matrimonialem?* Resp. Dist. inter contractum consummatum, & adhuc consummandum. Hunc, non illum vitiat dissensus parentum, & hunc qvidem sub hoc distinctionis temperamento, si habuerint justas sui dissensus causas, & nisi interpellati anteà eâ de re aliam conditionem qværere renuerint. Puniri possunt ejusmodi matrimonia absq; consensu parentum inita, ut illegitima, sed non protenus rescindi ut irrita. (a) *servi propriè dicti*, qvi id, qvod sunt, Dominorũ sunt, qvodq;

(n) *l. 2. de jure B. & P. c. 5. n. 2.*

acqvi-

acqvirũt, Dominis acqvirũt (o) Unde ſponſalia à ſervis proprio nutu absq; Dominorum conſenſu facta pro irritis ac infectis habentur. Qvomodo enim is, qvi totus totus ditioni Domini annexus eſt, rem invito Domino alienare poſſit?

(o) §. 1. Inſt. de his qvi ſui.

§. 9. *Incapacitas cohabitationis conjugalis* æſtimatur partim ex Legibus, partim ex conſtitutione naturæ. *Leges* tàm divinæ, qvàm naturales & civiles prohibent matrimonia inter parentes & liberos, fratres & ſorores, ſangvine aut affinitate propinqvos &c. Parentum cujuscunq; gradus cum liberis ſocietatem matrimonialem, præterqvàm qvod lege divinâ eſt prohibita (p) ipſa natura pudorq; naturalis vetat. *In contrahendis matrimoniis naturale jus & pudor inſpiciendus eſt, contrà pudorem eſt autem filiam uxorem ſuam ducere* (q) Qvær. *Annon privignus poſſit contrahere cum novercâ?* N. Qvia talis contractus eſt contrà leges divinas (r) contrà jus gentiũ. *Charondæ* enim Leges tale matrimonium infamiâ notant, & *Lyſias* talem privignum vocat χαλιώτατον ἀνθρώπων. Qvin etiã eſt contrà leges civiles (ſ) Fratrũ cum Sororibus neceſſitudinem conjugalem apud omnes gentes non fuiſſe improbatam, ſuo exemplo nos docent Athenienſes & Ægyptii,

(p) Lev. 18

(q) l. 14. ff. de ritu nupt.

(r) Eph. 2. 14. 1. Cor. 7. 25.

(ſ) ff. l. c.

gyptii. Jure divino hæc commixtio expressè est interdicta (t) Qvin juri naturæ refragetur, nemo ambiget, qvi hoc ipsum priori subordinari novit. Plerarumq; etiam & cultissimarum gentium consvetudini contra nititur. Nam *communis hominũ mos est, ne fratres sororibus jungantur,* inqvit Diodorus Siculus (u) à qvo posteà Ægyptios eximit. Qvin & Civili Jure hæc societas interdicta est (x) Hinc rectè Plato conjugia fratrum & sororum vocat μηδαμῶς ὅσια καὶ θεμιστὴ (y) De aliis gradibus consangvinitatis & affinitatis præter Theologos & JCtos consule H. Grotium (z) *Natura* eos docet cohabitationis conjugalis incapaces esse, qvi vitio qvodam naturali ad procreationẽ sobolis sunt inepti, qvales sunt Eunuchi, spadones, veneficio ligati, paralysi ac insanabili frigiditate laborantes, aut alio qvodam morbo contagioso infecti. Horum γάμος ἄγαμος est, qvia finis matrimonii obtineri neqvit. Contractus ergo cum tali persona initus pro irrito habendus est.

(t) *Lev. 18. 9.*

(u) *l. 1.*

(x) *§. 3. Inst de nupt.*

(y) *l. 8. de LL.*

(z) *l. c. n. 16*

§. 10. Huc reduci aliqvo modo potest incapacitas illa, qvæ oritur ex ætate, qvæ tamen contractum conjugalem non tàm dirimit, qvàm suspendit. Undè ab aliis rectè inter accidentalia matrimonii refertur.

tur. Qvær. *Qvâ ætate ineunda sint matrimonia?* Missis aliorum sententiis, Platonis amplector, qvi (*a*) maribus annum 30. fæminis 18. determinat. Sic enim potētia generandi in utrisq; eodem ferè termino decurret. A qvo non multum abit Aristoteles (*b*)

(*a*) *l. 9. de LL.*

(*b*) *l. 7. Pol. c. 16.*

§. II. Tertium, cujus notitia essentialiter requiritur ad matrimonium, est, ut persona, cum qvâ contractus institui debet, sit intemerati pudoris. Qvod usq; adeò necessarium est, ut ii, qvi cum stupratâ volentes prudentes contrahunt, jure civili infamiâ notentur. Qvær. *An si sponsa furtivis complexibus ab alio fuerit gravidata, & illa interim sponsalem castimoniam præ se tulerit, post consummatas nuptias possit repudiari?* Jure divino sponsa stupri comperta lapidibus obrui debebat (*c*) Imperator Leo sic constituit: *Nos decernimus, ut non modò propter alias causas, verum & propter hoc, qvo nihil magis matrimonio adversatur, qvos sponsaliorum opinio, non veritas copulavit, disjungantur. Qvomodo enim vera sponsalia sunt, in qvibus nihil verum, neq; genuinum conspicitur? ubi meretricium se offert scelus, ubi causæ sunt dissidiorum & odii, ubi animorũ alienatio (qvæ mala acervatim omnia pariter cum peregrina alie-*

(*c*) *Deut. 22, 13. 14.*

alienoq; semine suscipiuntur) qvomodo ibi matrimonialis concordia? qvomodo purus sponsalisq; est amor? Qvin & qvispiam alterius fœtum sibi subjiciat, id vero ratio non patitur. Neq; item justum est, ut qvi spe honestæ casti matrimonii oblectationis sponsam in domicilium suum recipere constituerit, si illa matrimonii legibus insultet, & cum aliis lasciviendo, oblectationis spem evanidam ipsi reddat in meretriciâ illâ facilitate ipsam uxorem agnoscere debeat. (d)

(d) Nov. 93

§. 11. Horum trium notitia si intercluſa fuerit, nullitatis rea agenda sunt sponsalia. Intercluſio hæc multis qvidem modis fieri potest, qvorum præcipui sunt, furor, profunda ebrietas & cæcus ac insanus amor. Qvær. *An contrà eum, qvi in furore adstipulatus est nuptias, possit institui actio ad compellendum?* Resp. N. *Furor contrahi matrimonium non sinit, qvia consensu opus est: sed rectè contractum non impedit.* (e) Qvær. *An qvi inter pocula contraxit, teneatur consummare?* Resp. Dist. inter eum, qvi per inebriationem mente ac intellectu privatus est, & qvi non. Apud *illum* non præsumitur fuisse animus aut propositum contrahendi. Deficiente ergo consensu vitiatur contractus. *Hic* a. qvod promisit, servare tenetur, & ut servet, cogi potest, qvia

(e) l. 16. ff. de ritu nupt.

qvia aliud est ignorantem, aliud per ignorantiam agere. Qvær. *An cæcus amandi impetus sponsalia facta infecta reddat?* Resp. A. Juxtà enim cum furioso talis amorosus æstimandus est. Undè *Theophrastus* ἔρωτα διαλαβόντα μανίαν γίνεσθαι inqvit. *Plato* (*f*) qvoq; & *Plutarchus* (*g*) cæcum amorem μανίαν vocant. Et *Euripides* (*h*) inqvit: τὸ μαίνεσθαι γὰρ ἦν ἐρως βροτῶν. Qvin, *nihil est furore amoris vehementius, qvem retinere Philosophiæ est perfectæ* (*i*) Undè etiam in jure Civili cæcus amor licet à pœna non excusset, tamen eam elevat.

(*f*) *in Phædro.*
(*g*) *apud Stobæum serm. 185.*
(*h*) *in Antigon.*
(*i*) *Nov. 74. c. 4.*

§. 13. Præter horum notitiam ad matrimonium *benè* contrahēdum requiritur qvoq; notitia accidentalium, qvæ si adest, ornat; si abest, non propterea dirimit contractum. Nimirum, si felix discupis conjugium, anteqvàm contrahas, compara tibi notitiam illius personæ, cum qvâ in individuam vitæ necessitatē conspirare vis, an sit instructa animi, corporis & fortunæ bonis.

§. 14. Animi bonis meritò primas concedimus, qvia qvantum animus corpore præstat, tantò major qvoq; ejus debet haberi ratio qvàm corporis. Inter animi dotes autem eminent *pietas & pudicitia*. Qvorum experimenta capiuntur ex sermone,

more, oculorum obtutu, inceſſu, veſtitu, fugâ ſuſpectæ converſationis & crebræ diſcurſitationis &c. Ubi qvoqvè generis & parentum probitas cognoſcenda eſt. Mali enim corvi malum ovum, ἢ ὄν ἐκ σκύμνης ῥόδα φύειν. Atq; hic inſuper in genere æqvalitatẽ attendendam eſſe monent Politici, idq; non immeritò. Facilè enim diſſenſionis anſam ac materiam præbere poteſt diſpar conjugum conditio. *Firmiſſima autem inter pares eſt amicitia*, inqvit Curtius. (*k*)

(*k*) *l.* 7.

§. 15. Corporis bonis ſecundũ non invidemus honorem, ex qvibus in controverſiam venit pulcritudo. *An pulcra ſit eligenda?* Reſp. 1. Si morum pulcritudo anteà explorata conjunctã habeat pulcritudinem corporis, *Gratior eſt pulcro veniens ex corpore virtus.* 2. Pulcra, qvæ pudore & verecundia caret, tanqvam peſtis fugienda eſt. Qvid n, juvat ſcientem volentemq; alienæ libidinis victimam alere, ac ſibi ipſi cornua parare? Rectè *Theophraſtus* formam ſilentem fraudem vocat. 3. Pudicam & benè moratam, ſi maximè non ſit inſigniter formoſa, propterea renuere fas non eſt, niſi adeò deformis ſit, ut ipſius implicari amoribus exhorreſcas.

§. 16. Ultimum locum fortunæ bonis deferi-

deferim⁹ propterea qvod ea *Cebes* παίγνια τυχῆς appellat, ubi de divitiis disceptatur. *An dotis debeat aliqva haberi ratio?* Resp. A. Constituta enim est jure Civili ad levamen onerum matrimonialium. *Dotis fructum ad maritum pertinere debere, æqvitas suggerit. Cum enim ipse onera matrimonii subeat, æqvum est, eum & fructum percipere.* (*l*) *Et ibi dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt.* (*m*) Qvæ etsi primariò loqvantur de usufructu dotis, ad qvem is spectet; conseqventer tn. simul innuunt causam constitutæ dotis, nempe ad sublevanda onera matrimonii. Gentium mos hic vacillat. Apud nonnullas (Spartanos) fæminas indotatas: apud plurimas tamen dotatas nupsisse legas. Qvod posterius æqvitati magis consonum est. Æqvum, inqvam, est, mariti molestias compensari, ne is uxori serviisse videatur. E re autem Reip. putamus fore, si à Nomothetis certæ leges dotariæ constituantur, ne nimium dos excrescat, atq; sic Resp. enervetur. His ipsis tamen legibus violari non debet jus gentium, qvod unicuiq; dominium in suam rem, cujus ipse Dominus proprietarius est, committit. Sic apud Gallos non solum reperias doaria conventionalia seu præfixa, qvæ à contrahentibus legem accipiunt,

(*l*) *l.7.ff. de jure dot.*

(*m*) *l.56.ff. eod.*

piunt, sed & consvetudinaria s. statutaria, qvæ à legibus vel statutis regni pendent, notante *Gothofredo*. (n)

(n) *ad l. 1. Cod. de don. ant. nupt.*

§. 17. Qvando ità præcessit intellectus judicium, anteqvam plenus indè oriatur consensus, necesse est accedat voluntatis libera electio. Liberam autem cum dico electionem, actum voluntatis intelligo à coactione vacuum. Voluntatem cogi non posse satis acutè qvidem docent Physici, verùm illud indistinctè non est arripiendum. De actibus voluntatis elicitis id facilè concesserim, sed qvo minus etiam concedi possit de actibus imperatis qvotidiana experientia reclamat. Furem mox ad patibulum rapiendum carnifex si maximè cogere non possit ut velit rapi, cogit tamen ut rapiatur. Sic parentes etsi liberos non possint cogere ut velint pænitenda inire conjugia, cogere tamen sæpius ut talia ineant, dies docet. Qvod si fit, irrita sunt sponsalia, ob defectum pleni consensus, qvi prævio intellectus judicio & subseqvente liberâ voluntatis electione absolvitur. Hanc libertatem Germani insinuamus vocabulo **Freyen** Et qvod matrimonia debeant esse libera, svadet exemplum Rebeccæ (o) qvæ non nisi rogata de consensu Eleazaro avehenda tradebatur.

(o) *Gen. 27. 54.*

tur. Ad qvem locum *B. Lutherus* (p) **Die Braut sol ungezwungen zur Ehe gegeben seyn von den Eltern / dazu auch gefraget werden um ihren Willen.** *Ab initio matrimonium contrahere qvisqvàm cogi non potest. Unde intelligis liberam facultatem contrahendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere* (q) *Qvær. Qvid faciendum liberis, si se à parentibus cogi debere sentiant?* Resp. magistratus implorandum est auxilium, si nullum aliud remedium supereſt. Qvær. *An qvi à parentibus coactus nuptias consummavit, postmodum eas retractare possit?* Resp. N. Non enim præsumitur ab eo invito nuptias absolutas esse, qvi ante consummationem magistratus auxilium implorare neglexit.

(p) *in gloss. marg.*

(q) *l. 14. C. de nupt. conf. l. 21. & 28. ff. de ritu nupt.*

§. 18. Duobus hisce, videlicet, intellectus judicio & voluntatis liberâ electione rectè se habentibus nec aliundè intercluſis, plenus resultat consensus, qvi essentiam matrimonii constituit, ad qvem cum accedit benedictio sacerdotalis, aliaqve solemnia nuptialia, qvæ ad præsumtionem fraudis tollendam juxtà loci cujuscunqve leges consvetudinarias districtè observanda sunt, matrimonium jam consummatum dicitur. *Atq; hæc de constitutione.*

§. 19. Ità constitutum matrimonium *conservatur*, si uterq; conjugum mutua sibi præstent officia.

§. 20. Officia hæc sunt vel *communia*, utriq; ex æqvo competentia: vel *propria*, qvorum qvædam ad maritum, qvædam ad uxorem in specie pertinent.

§. 21. Communia sunt *procreatio sobolis & mutuum adjutorium*.

§. 22. Proprium Mariti est *Regimen* πολιτικὸν s. *civile* (r) qvod habet in uxorem. Imperium mariti in uxorem fundatur (1.) in jure divino (ſ) (2.) in jure naturæ. Huic enim nihil magis consentaneum est, qvàm ut id qvod nobilius est, imperet, qvod vero ignobilius, pareat. Sic animi imperio, corporis servitio magis utimur. Sic videmus τὸ λογιστικὸν in homine imperare, τὸ δ' ἂν θυμοειδὲς ὑπήκοον εἶναι καὶ ξύμμαχον τῷ λογιστικῷ, inqviente Platone (t) (3.) in jure gentium, de qvo usq; adeò non est dubitandum, ut potius credendum sit, apud nonnullas gentes ad vitam & necem uxorum, hanc potestatem maritalem porrectam esse. Qvær. *An benè?* Resp. Germanos & Gallos eâ usos legimus: Sed distingvimus inter crimina uxoris. Vel enim illa directè evertunt Statum matrimonialem, vel non. In illis, v. g. si ἐπ' αὐτο-

φόρῳ

(r) *l. 1. Pol. c. 10.*

(ſ) *Gen. 3, 16.*

(t) *l. 4. de Rep.*

φόρῳ deprehensa esset, justo mariti furori impune eam cultissimarum gentium consvetudo subjecit. Hæc vero vel sunt patienter ferenda, vel si id fieri neqvit, imploranda est judicis correctio. Nemo autem judex esse potest in propria causa (4.) in jure civili, cujus in C. J. passim varia documenta reperies. Cæterum annitendum est marito, ut imperium hoc maritale lenitate & humanitate, non crudelitate fulciat, nec ante ad realem castigationem delabatur, qvàm precibus & admonitionibus, nonnunqvam & additis minis omnia expertus sit, adeoqve verbali nullum amplius locum dari persentiscat.

§. 23. Imperio maritali subordinatur *defensio & alimentatio* uxoris. Utramqve præcipiunt Leges divinæ (u) & humanæ civiles (x) Hinc *Baldi* sententia: *lucro dotis privandum esse maritum, qvi alimenta uxori deneget.* Alimentorum autem & victus nomen in jure civili latius patet, qvàm diarii & cibarii, qvin educationi exæqvatur (y) *Verbo victus continentur, qvæ esui, potui, cultui corporis, qvæqz ad vivendum de homini necessaria sunt. Vestem qvoqvè victus habere vicem Labeo ait* (z) *Et eatenus,* qvibus tuendi curandive corporis nostri gratia utimur, eâ appellatione significantur

(u) *t. Tim.* 5, 8.

(x) §. 2. *inst. de injur.*

(y) *l.* 32. *ff. de alim. leg.*

(z) *l.* 43. *ff. de verbor. signif.*

(a) l. 44 ff. cod. (a) Tuemur autem corporis vitam esu, potu, veste ac tecto. Cæterum hæc omnia restringenda sunt ad modum facultatum, personæ dignitatem & decorum, qvin & ad cujusq; loci leges, si qvæ sunt, vestiarias.

§. 24. Propria uxoris officia sunt, *cohabitatio conjugalis, reverentia ac obedientia* in debitis, honestis & licitis.

§. 25. His benè sese habentibus, matrimonium *inter bonos* conservatur, nec tamen statim *dissolvitur*, si minus rectè hæc sese habeant.

§. 26. Alterutro conjugum *mortuo*, qvin dissolvatur matrimonium, nulli asserere dubitamus. Qvi enim sub conditione certi temporis pangitur contractus, tempore illo expleto, solvitur. Contractus autem matrimonialis in individuam vitæ necessitatem factus est, qvâ proinde per mortem sublatâ tollitur. *Matrimoniorum terminum, qvi omnia similiter solvit, expectat mors* (b) Antiqvis temporibus nexum hunc ultrà mortem protensum esse, docet illa gentiũ temeritas, qvæ à secundis nuptiis ut irreligiosis abstineri voluit. *Gorgo primum*, inqvit Pausanias, (c) *secundas nuptias iniit, Ante sanctum habitum, ne qvà iterum nuberent.* Eqvidem non diffitemur, laudan-

(b) Nov. 22. c. 20.

(c) l. 2.

laudandas esse illas viduas, qvæ dono continentiæ instructæ abstinent à secundis nuptiis. Sed qvàm periculosa imprimis in sexu fæmineo sit proprii corporis custodia, docet qvotidiana experientia. Qvod si igitur libidinis flamma restingvi neqvit, satius est nubere, qvam uri. Interim damnandas censemus illas nuptias, qvæ intrà annum luctus consummantur, qvæ jure civili ut immaturæ pœnis subjiciuntur. *Mulieribus imminebit metus, ut non antè annale tempus ad secundum veniant matrimonium, aut sciant, qvia si qvid tale gesserint, & immaturas contraxerint nuptias, subibunt pœnas: alias qvidem, si sine filiis ex prioribus sint matrimoniis, majores autè, si etiam filii sint. Si enim non est soboles, infamia (nisi rescripto Principis infamia aboleatur) mox sequitur, & erit omninò mulier propter nuptiarum festinationem infamis &c.* (d) De qvo tamen rigore legis an aliqvid sit remittendum, æqvitati prudentis judicis relinqvimus.

(d) *Nov. 22. c. 22.*

§. 27. Inter vivos matrimonium olim ob leviſſimas qvasqj causas dissolutum esse, docet Plato (e) Verum id pessimè. Fieri enim potest, fitqj sæpissimè, ut mulier divortii ignominiâ notata maritum alterum non inveniat, atqj ità à spe nuptiarum

(e) *l. 11. de LL.*

dejecta, tandem ad vagos concubitus delabatur, cujus culpa recidit in eum, qvi levi de causa suæ fidei tutelæq; creditã à se inclementer amovet. Qvin & licet casu forte eveniat, ut illibata maneat mulieris pudicitia, tamen, qvia per illum non stetit, qvò min⁹ res pessimè verteret, meritò illi, qvod fieri potuit pro facto imputatur ὃ ἀπολύσας γυναῖκα ἀφορμὴν παρέχει τοῦ (f) Strom 2. μοιχᾶσθαι, inqvit *Clemens Alexandr.* (f) *Dices;* Qvid ergo de libello repudii Judæis à Deo concesso statuendum? Resp. Disting. inter legem & dispensationem. Nec effecit hæc dispensatio divina, ut recte fierent talia divortia, sed ut fierent impunè. Hinc non à vitio, sed à pœnâ liberavit. Permissio autem hæc divina facta est ob duritiem Judæorum, qvi qvoniam erant projectissimæ libidinis, notante *Tacito*, (g) facilè poterant veneficiis vel asperiore tractandi modo uti. Ad qvod præcavendum concessus est libellus repudii. (g) Histor. l. 5.

§. 28. Hodiè dissolvitur matrimonium inter vivos non nisi ob geminas causas, *adulterium*, & *malitiosam desertionem*.

§. 29. *Adulterium* esse legitimam di- (h) Matth 5, 31. vortii causam, docet (1.) jus divinum (h) (2.) jus civile humanum, qvod ex constitutio-

tione Imp. Theodosii legitimâ divertendi copiam facit, *si de adulterio putaverit maritus posse suam uxorem convinci.* (i) Quæ tamen putatio ad credulam suspicionem non est extendenda, sed ad urgentissimas conjecturas, puta, si qvolibet modo mulier vitæ viri fuerit insidiata, aut aliis hoc facientibus consentiens viro non indicaverit: si cum viris extraneis nolente marito convivata fuerit, aut cum eis laverit, si invito viro citrà rationabilem causam foris pernoctârit &c. *Adulterii* pœna non una apud omnes fuit. *Lege divinâ* pœna capitalis fuit constituta, (k) in specie lapidationis (l) *Jus naturæ* pœnam capitalem qvoq; exposcit. Si enim naturæ jure æqvum est, ut tantum qvisq; patiatur mali, qvantum ipse patravit, adulterii autem scelus homicidio non sit minus, sed potius majus, qvia homicida unius tantum sangvinariâ manu vitam evertit, scelestus vero adulterii impetrator qvamplurimos de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit; ideò naturæ consonum videtur, ut non minorem homicidii pœnâ pœnam luat h. e. capite plectatur. *Gentium jure* varia fuit. Apud Germanos permissa erat marito adulteræ pœna, qvi

(i) *Nov. 22 c. 15. & 117. c. 8.*

(k) *Lev. 20 10. Deut. 22. 22.*

(l) *Joh. 8. 5*

accisis crinibus nudatam coràm propinqvis expellebat domo ac per omnem viam vẽrbere agebat. Publicatæ enim pudicitiæ nulla venia. Hinc pauciſſima in tàm numeroſa gente adulteria: ſicut eleganter inqvit *Tacitus* (*m*) Ægyptii narium mutilatione adulterii crimine reos puniebant, *Jure civili* primò per Legem Juliam (*n*) conſtitutum erat, ut temeratores alienarum nuptiarum gladio punirentur. Qvam pœnam poſteà mitigavit Imp. Leo (*o*) conſtituens, ut naſus deteſtandis illis ambobus abſcinderetur. Qvâ pœnâ mitiorem introduxit Imp. Juſtinianus in Novellis, nempe caſtigationem cum fuſtibus, & detruſionem in monaſterium.

(*m*) *de mor. Germ.*
(*n*) §. 4. *Inſt. de jud. publ.*
(*o*) *Nov.* 32

§. 30. Altera legitimi divortii cauſa eſt *malitioſa deſertio*, qvando alteruter conjugum ſine omni probabili cauſa ſeſe incommodis matrimonii ſubducit, alibiq; detinetur, eò fini ut moleſtiæ matrimonii magis magisq; augeantur. Hæc tamen à judice prius cognoſcenda eſt, ne qvid fuci ſubſit; & anteqvam pars deſerta ad alia properet vota, pars deſerens publicè citanda eſt. Sed ne extra chorum ſaltemus, hæc remittimus ad JCtos.

CAPUT

CAPUT II.

De Societate Patriâ.

§. 31. FInem matrimonii diximus esse procreationem sobolis. Hic qvando obtinetur, nova oritur Societas, nempe, *societas inter parentes & liberos*, à qvâ dependet *Patria Potestas*, sic dicta, non *exclusivè*, qvasi mater nullum habeat in liberos ex se genitos jus, nullamq; matri reverentiam debeât liberi. Contranititur enim hoc *tùm* juri divino (*a*) *tùm* juri naturali, qvod parentum στοργὴν unicuiq; insevit. Qvid enim naturæ magis consonum, qvam genetrici à genito reverentiam exhiberi? *tùm* Gentium juri, qvod eum qvi beneficia accepit, in benefactoris dominium qvasi transire inculcat: *tùm* juri civili. *Pietas parentibus, etsi inæqvalis est eorum potestas, æqva debebitur* (*b*) Et *Præses Provinciæ reverentiam debitam exhibere matri filios coget* (*c*) Vocatur ergò hæc potestas *Patria eminenter*, qvia Pater *jure præcipui* imperium exercet in liberos, *tùm* ob sexus eminentiam, *tùm* qvia anteâ ipsi jam in uxorem imperium competit. Qvær. *Si pater & mater dissenserint, ad cujus nutum componere sese teneantur liberi?* Resp. In rebus honestis & licitis Patris imperium

Respond. Friderico Franckio Semigall. Curlandus

(*a*) *Exod. 20. 12.*

(*b*) *l. 4. ff. de curat. furios.*

(*c*) *l. 4. C. de patr. pot.*

absolutè sequendum est, sic tamen, ut protervus matris contemtus procul absit. *Si contendant inter se imperia, præfertur Patris imperium, ob sexus præstantiam,* inqvit Hugo Grotius (*d*) In illicitis & inhonestis justam exceptionem habent liberi, atqvè tunc non tam matris, qvam Dei imperium prætulisse præsumuntur.

(*d*) *l. 2. de jure B. & P. c. 5. n. 1.*

§. 32. Hæc Potestas Patria priscis seculis nimis ampla & rigorosa fuit, cum legamus, etiam ad vitam & necem liberorum porrectam fuisse. De *Persis* scribit Aristoteles (*e*) ἐν πέρσαις ἡ τοῦ πατρὸς ἀρχὴ τυραννική. Χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσι. Qvod etiam apud Gallos & Indos obtinuisse, docet Wendelinus (*f*) Qvin apud multos populos legum gloriâ florentes id valuisse, autor est Dion (*g*) In primis apud *Romanos* nimis districtè id fuit observatum, apud qvos in manu parentum adinstar servorum fuerunt filii, nec bonorum suorum ipsi fuerunt Domini, donec manumitterentur eo modo qvo mancipia solent, referente Sexto Empirico (*h*) Palliare hoc Tyrannicum Imperium annititur Simplicius (*i*) dicens: *Antiqvæ Romanorum Leges, respicientes tùm ad eam, qvæ à natura est, eminentiam, tùm ad labores,*

(*e*) *l. 8. Nicom. c. 10.*

(*f*) *l. 1. Pol. c. 2. n. 2.*

(*g*) *Orat. 15*

(*h*) *15. Pyrhon.*

(*i*) *ad Epict. Ench.*

res, quos pro liberis parentes sustinent, volentes prætereà liberos parentibus sine exceptione subjectos esse, credo, etiàm consisi naturali parentum amori, & venumdandi, si vellent, liberos & impunè interficiendi parentibus jus dederunt. Quod de naturali parentum amore dicit Simplicius, id pro constabiliendâ hâc Tyrannide arripit Bodinus *(k)* & ab Imperatore Constantino, ad cujus usq; tempora arbitrium vitæ necisqve liberorum penes patrem stetit, qviq; primus expresâ lege patribus eam ademit, malè illud abrogatum esse contendit. Parentes enim hâc potestate non abusuros fuisse. Verum absorptum sæpius fuisse affectum paternum, & Patres non tantùm judices ac spectatores, verùm etiam exsecutores necis liberorum fuisse, docet exemplum *Bruti* filiorum cædes etiam sine affectu & perturbatione spectantis *(l) Manlii Torqvati* filium ob pecunias à sociis acceptas damnantis *(m) P. Attilii*, filiam stupri convictam inter privatos parietes interimentis *(n)* Laudem ergo potius meretur Imperator Constantinus, qvod *post constituta publica judicia*, ne pater in privatâ causa sui ipsius judex esset, & affectibus in transversum raptus nefandum crimen committeret, hanc potestatem ipsi ademit. *Naturæ*

k) *l. 1. de Rep. c. 4.*

l) *Liv. l. 21*

m) *Valer. M. l. 5. c. 8.*

n) *Sallust. in Catilin. & Val. M. l. 6. c. 1.*

hoc

hoc est conveniens.' Qvæ enim immanitas est in propria sævire viscera? Unde posteâ *Jure civili* hæc Tyrannica potestas patribus interdicta fuit. Qvod si enim vigore juris civilis non licet sine causa legibus cognitâ in servos suos supra modum sævire; (*o*) qvantò minus licebit in filios? Imo, Patria potestas jure civili solvitur, si liberos intolerabili injuria afficiat pater, ita ut officio judicis ad emancipationem compelli possit (*p*) Patria enim potestas in pietate non in atrocitate consistere debet. Dices; *Qvid si filius graviter deliqverit? qvis fuerit man.* Resp. Pater tamen in propria causa propter affectuum obstacula judex esse neqvit, sed adeundus est competens judex, qvi juxta delicti qvalitatem pænam constituet, qvod svadent leges *tùm* divinæ (*q*) *tùm* humanæ (*r*) Dices; *Qvid si filius nefarias in patrem manus strinxerit?* Resp. Si nulla datur Patri effugiendi copia, defendere se per leges potest, modò intra terminos legitimæ defensionis se contineat; sicut vice versâ filio, si parens ad ipsum interficiendum properet, ejusmodi defensio non est interdicta. Qvod si autem fugâ sibi consulit, judex eâ de re compellatus causam cognoscet & delictum vindicabit. (*s*)

o) §. *Sed hoc Inst. de his qvi sui.*

p) *l. fin. ff. si à parent.*

q) *Deut. 21 19.*

r) *l. 1. §. 2. ff de obseq.*

s) *ff. l. c.*

§. 33. In universum autem Patria potestas

testas extendit sese ad corpus, operas & bona liberorum, qvamdiu liberi adhuc sunt pars familiæ.

§. 34. Castigationem corporis Parentibus omnium gentium consvetudo (t) & jus Civile (u) tradit, sic ut etiam de parentum duriùs castigantium jugo excutiendo cogitare nefas sit liberis. Qvær. *An Pater possit liberos oppignorare & venundare?* Resp. Potest omnino, si alia ratio alendi non suppetit. Liberi tamen hoc ipso non amittunt libertatem in actu primo, sed actus secundus s. exercitium libertatis saltem suspenditur.

t) *Senec. l. 6. de benef. c. 24.*
u) *l. 3. C. de patr. potest.*

§. 35. In operas obseqviales filii Pater absolutè habet potestatem: in industriales vero ipse sibi qvodammodo abrogat.

§. 36. Qvoad Bona liberorum, apud Romanos olim, qvicqvid ad liberos pervenit, hoc omne (exceptis castrensibus & qvasi castrensibus peculiis) parentibus suis acqvirebant sine ullâ distinctione, & hoc ita parentum fiebat, ut etiam esset eis licentia, qvod per unum vel unam eorum acqvisitum esset, alii filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel qvocunqj modo voluerant adplicare (x) Antiqvum illum rigorem variis modis mitigarunt seqventes Impp. *Constantinus* excepit bona materna

x) *§. 1. Inst. per qvas pers.*

y) *Arca-*

y) l.1.C. de bon. mat.
z) l.2. d.l.
a) l.1. de bon. qvæ liber.
b) l.5. d.l.
c) l.6. d.l.
d) l.8.Nic. c.11. & 12.

(y) *Arcadius* bona materni generis (z) *Theodosius* ex matrimonio obvenientia (a) *Leo* ex sponsalibus (b) *Justinianus* omnia adventitia. (c)

§. 37. *Fundamentum* Patriæ potestatis ponit Aristoteles (d) τὸ μέγεθος τῶν ἐυεργημάτων, qvorum tria præcipua enumerat, αἴτιος γὰρ, inqvit, τὸ εἶναι, καὶ τροφῆς, καὶ παιδείας.

§. 38. Primum Beneficium est *Generatio*.

§. 39. Alterum est *Nutritio*, qvam Parentes liberis debent *tùm* jure naturæ. *Ipse naturalis stimulus parentes ad liberorum suorum educationem hortatur* (e) *tùm* jure gentium. Hinc apud Qvintilianum Filius, partem, inqvit, jure gentium peto. *Tùm* jure civili (f) Ubi tamen notandum, nos vocem *Debiti* non sumere strictè pro eâ obligatione, qvam inducit jus expletorium, sed laxius, prout significat id, qvod nisi inhonestè omitti non potest, etiamsi honestas illa non ex justitia expletrice, sed ex alio fonte proficiscatur. (g)

e) l.unic.§. 5. C. de rei uxor. act. & l.8. §.5. C. de bon. qvæ lib.
f) l.4.C.de alend. lib.
g) Hugo Grotius de Jure P. & B. l.2.c.7. n. 4.

§. 40. Tertium est *Educatio* tàm corporis, qvam animi. De qvâ fusius Wendelinus. (b)

b) l.1. Pol. c.2. th.6.

§. 41. Hæc beneficia liberos obligant Parentibus non saltem ad præstandum obsequium,

ſeqvium, honorē & reverentiam, (i) ſc. in licitis & honeſtis, ſed etiam ad ἀντιπελαργίαν. Qvær. *An liberi debeant parentibus alimonia?* A. Svadet id ſacer Codex (k) Svadet id natura. *Parens aliâ filio ratione naturali debet* (l) *Iniqviſſimum enim qvis meritò dixerit, patrem egere, cum filius ſit in facultatibus* (m) Cujus rei ſparſos per ipſa bruta igniculos videmus. Hinc enim τὸ ἀντιπελαργεῖν (n) ab avi ciconiâ, Græcis πελαργὸς dictâ, qvæ à liberis ali dicitur (o) Svadet id cultiſſimarum Gentium conſvetudo. Undè Solon eos, qvi hoc facere recuſarent, ignominiâ notavit (p) Laudatur qvoqvè filia, qvæ Patrem captivum deprehenſa eſt uberibus alere. Et Cimon, qvi patris ſepeliendi cauſa captivum ſe præſtitit (q) Svadet id denique jus civile, qvod etiam per competentem judicem parentes à liberis ali jubet, ſi in eâ facultate ſint, ut alimenta præſtare poſſint. (r)

i) *Eph. 5. 19*
l. 4. ff. de cur. fur. l. 10. eod. l. 3. C. de patr. potest.
k) *Syr. 3. 9. 14.*
l) *l. 5. §. 16. ff. de agn. liber.*
m) *l. c. §. 13. eod.*
n) *Stobæus serm. 203.*
o) *Aristot. l. 8. an. c. 3. l. 9. c. 13. conf. Plat.*

§. 42. Qvær. *An, ſi liberi omnē grati animi affectum exſuant, à parentibus abdicari & exhæredari poſſint?* Abdicatio & Exhæredatio per hoc differunt, qvod *illa* fit inter vivos; *hæc* cauſa mortis. Græci abdicationem, qvam ipſi ἀποκήρυξιν, (qvia parentes libe-

p) *Diog. Laërt. in Sol.*
q) *Valer. M. l. 5. c. 3.*
r) *l. 5. C. de patr. pot. l. 1. C. de alend. liber. l. 5. §. 1. ff. de agnoſcend. liber.*

liberos abdicaturi, solebant eos ὑπὸ κήρυκα καὶ ἐναντίων ἁπάντων ἀπειπεῖν (*f*) vocabant, filios, si noctu foris cubuissent, lenones pulsassent, voluntati paternæ repugnassent &c. (*t*) alienabant ac vestibus spoliatos ignominiosè dimittebant, nonnunqvam ad tempus, nonnunqvam in perpetuum. Qvam tamen Legibus Romanis comprobatam non fuisse, constat ex rescripto Imper. Diocletiani & Maximiani (*u*) Imperator Justinianus justas exhærendationis causas recenset 14. qvæ videri possunt. (*x*)

§. 43. Qvær. *Qvænam parricidarum pœna sit?* Jure divino est lapidatio (*y*) jure civili horrenda in parricidas pœna constituta est, qvâ jubentur non gladio, nec ignibus, nec ulli alii solemni pœnæ subjici, sed insuti culleo cum Cane & Gallo Gallinaceo & viperâ & Simiâ, & inter eas ferales angustias comprehensi vel in vicinum mare, vel in amnem projici, ut omnium elementorum usu vivi carere incipiant, & iis cælum superstitibus, & terra mortuis auferatur (*z*) Qvam pœnam graphicè depingit & exaggerat Cicero. (*a*)

f) *Plato l. 11. de LL. Plin. l. 7. c. 43.*

t) *Lucian. in Abdic.*

u) *l. 6. C. de patr. pot.*

x) *Nov. 115 c. 3.*

y) *Deut. 21 18.*

z) *§. 6. Inst. de jud. publ*

a) *pro Rosc. Am.*

CAPUT

CAPUT III.

De Societate Herili.

§. 44. DE Societate Conjugali & Patriâ hactenus egimꝰ. Qvæ, qvia absq; servorum subsidio sese tueri neqvit, ordo postulat, ut de *societate Herili*, pro instituti nostri ratione qvoqvè agamus. Qvæ est inter Dominos & Servos.

§. 45. *Servitus* alia est *perfecta*, alia *imperfecta*.

§. 46. *Perfecta* fundatur vel in *jure naturæ*, vel in *jure Gentium*, vel in *jure Civili*.

§. 47. In jure naturæ qvæ fundatur, *naturalis* dicitur, qvâ illi serviunt, *qvi inopem libertatem ferre neqveunt, neq; ità nati sunt, ut se regere & suo arbitrio rectè uti sciant, sed melioris ductu atq; imperio opus habent, nullum alioqvi peccandi finem facturi.* (a) Qvodq; adeò natura servi dentur, ex hominum diversorum indole, corporibus & experientia manifestum est. Et nisi servitus qvibusdam hominibus esset naturalis, omne imperium herile natura injustum foret. Reqviritur autem in tali servo naturalis propensio ad serviendum & aptitudo ad obtemperandum aliorum præscriptis per naturam. Qvomodo vero non discordent hoc in puncto JCti cum Politi-

a) *Busbeq. Ep. 3. Itin.*

b) H. Grot. l. 2. de jure P. & B. c. 22. n. 12. Casus in Sphær. civ. l. 1. c. 3.

cis docent alii (b) Nimirum de jure naturæ præcedente omne factum humanum & primævo naturæ statu loqvuntur JCti. Philosophi autem loqvuntur de ipsa natura s. de idoneitate & propensione naturali.

§. 48. In jure gentium qvæ fundatur servitus, bellica est, & dispescitur in eam, qvæ *ex captivitate* est, & qvæ est *ex nativitate*.

c) Cicero pro Deiotaro. Liv. l. 21. 26. 28. Cæsar. Comm. l. 7. Tacitus l. 1 Hist.

§. 49. *Prior* justa est, si bellum fuerit justum. Cum enim jure Gentium victori liceret hostes impunè occidere, (c) illi, qvos clementiæ judicio conservabant, servi dicebantur, (d) qvorum propterea justa est servitus, qvia præstat servire, qvàm mori.

§. 50. Æq; justa est *posterior*, qvam soboles eorum, qvi bello justo capti sunt, victori servit. Effectus enim sequitur causam, pars totum, partus parentes. Hinc servitio subjectum uterum dicit Tacitus

d) l. 239. ff. de verb. Sign. & Donat. in Adelph. act. 2. scen. 1.

(e) Qvær. *An, qvi ex captivâ nascitur, si pater non fuerit captivus, nascatur servus?* Naturæ id consentaneum non videtur, si pater aliqvâ ratione sufficiente cognosci potest. A potiori enim fit denominatio & patrem tanqvam causam principaliorem meritò sequitur filius. Nec tamen statim, qvamvis naturæ videatur adversari, inju-

e) l. 1. Ann.

injusta est hæc servitus. Nam præsumitur in illis liberis animus hostilis, adeoq; salus Reip. exigit, ut anteqvam res novas moliantur, & in ultionem animum intendant, servitute præveniantur. Accedit, qvod propterea ad natos hoc dominium porrigi justum sit, qvia alioqvin, si summo jure captores usi fuissent, illi ipsi nunqvam in lucem prodiissent.

§. 51. In jure Civili qvæ fundatur servitus, inprimis triplex est. Alia *ex emtione*, alia *ex debito*, alia *ex delicto* orta.

§. 52. *Ex emtione* illa servitus nascitur, cum qvis propriâ voluntate libertate suâ sese abdicat, idq; vel *ex temeritate*, vel *ex necessitate*. Utraq; justa est. *Prior* enim pœnam debitam luit. *Posterior* pro necessariis sibi præstitis operam vicissim præstat. Huc referri potest illa servitus, qvam captivus λυτρωθὲις servit.

§. 53. *Ex debito* qvæ oritur, seu, qvæ obæratis imponitur servitus, non in universum justa est, sed tùm demum, cum debitores luxu & incuria rem suam perdiderunt. Talis servitus viguit apud Hebræos, (*f*) Græcos, (*g*) Gallos. (*h*) Apud Romanos durior olim pœna in tales debitores constituta fuit per legem 12. Tabb. nempe sectio corporis in partes, ejusq; inter cre-

(*f*) 2. *Reg.* 4. 1.
(*g*) *Plut. in Solon.*
(*h*) *Cæsar. l. 6. de bel. Gall.*

i) Qvint. l. 3. c. 8. k) Geil. l. 1. obs. 26.

ditores divisio (i) Hodie in carcerem compinguntur (k) Et jure. Qvid enim sunt illi decoctores, nisi fures alienorum bonorum?

§. 54. *Ex delicto* qvæ oritur servitus, *pœnalis* vocatur, & fit etiam non accedente consensu, qvoties, qvi meruit libertatem amittere, ab eo, cui pœnæ exigendæ jus est, in potestatem vi redigitur. Sic Romæ servire cogebantur, qvi ad delictum non respondebant, & incensi, postea etiam fœminæ, qvæ se servo alieno junxissent (l) qvod tamen abrogatum est ab Imp. Justiniano (m) Cæterum hæc servitus pro modo meriti mitigari potest.

l) Cicero pro Cæc. m) l. 1. C. de S. Cto Claud.

§. 55. Servitutem perfectam excipit *imperfecta*, qvæ vel *in diem*, vel *sub conditione*, vel *ad certas res* fiebat. Talis est mercenariorum, & nostrorum qvoqve servorum, qvi non conveniunt cum servis propriè dictis, eò qvod bona propria possident, qvæ ad hæredes transmittunt, & in rem suam non tantum negotiantur, sed cum Dominis qvoq; contrahere possunt.

§. 56. Tot modis ergò aliqvis dominium in personam acqvirit, qvot modis aliqvis servitutis jugo subjicitur.

§. 57. Hinc resultat *Potestas Dominica*, qvæ

qvæ ferè omnium populorum consvetudine arbitrium vitæ & necis complexa est (n) Sed natura reclamat. Nec statim agendi impunitas sub nomine juris venit. Legibus civilibus Romanis expressè præceptum est, ne qvis sine causa legibus cognitâ in servos suos suprà modum sæviret. Hinc Antoninus Imp. constituit, ut, qvi sine causa servum suum occiderit, non minus puniri debeat, qvam si alienum servum occiderit. Qvin & majorem Dominorum asperitatem coërcuit, servis illis, qvi ad ædem sacram, vel ad statuam principum confugissent, cavens, ut si intolerabilis videatur sævitia Dominorum, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere, qvia expedit Reip. ne suâ re malè qvis utatur (o) Optimè Seneca (p) *In mancipio cogitandum, non qvantum illud impunè pati possit, sed qvantum ei tibi permittat æqvi bonique natura.* Potestas ergò herilis non acerbitate, sed humanitate suffulta esse debet, etiam in minoribus pœnis v. g. verberibus, qvod docet *tùm* lex Scripturæ (q) *tùm* lex naturæ. Nam servi licet fortunâ inferiores sint, natura tamen sunt pares Dominis. Qvinimò, qvid naturæ magis adversatur, qvàm homini durius imperare, ac bruto, in qvod iram exercere erubescimus?

n) *l. 1. ff. de his qvi sui*

Seneca l. 3. de benef. c. 18.

o) *§. sed hoc Inst. de his qvi sui.*

p) *l. de Clem. c. 18.*

q) *Exod. 21. 36. Deut. 15. 17.*

§. 58. Absolvitur ergo Imperium herile mutuâ officiorum præstatione.

§. 59. Servorum officium est, Dominis fideles operas præstare, qvas tamen cum modo à servis exigere debet Dominus, sic ut valetudinis eorum ratio habeatur. Qvin etiam, si qvid servus suum defraudans genium comparsit, aut succisivi temporis diligentiâ qvæsivit, id aliqvo modo ipsius esse debet, nisi aliud vel pœna, vel Domini necessitas svadeat.

§. 60. Dominorum officium est, servis pro operis alimenta exhibere. Optimè Cicero: (r) *Servis non malè præcipiunt, qvi ità jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, justa præbenda.* Et Seneca (f) *Est aliqvid, qvod Dominus præstare servo debet, ut cibaria, vestiarium.* Cætera Oeconomica docet.

r) *l. 1. Off.*

f) *l. 3. de benef.*

CAPUT IV.

De Civitate.

Respond. Casparus Berndt/ Friedeb. Silesius.

§. 61. HActenus de Societatibus. Ex societatibus a. ad minimum duabus resultat *Familia*, qvam hic nec latissime sumimus, pro totâ propinqvorũ consociatione, (a) nec strictissimè, pro solis servis, sed medio qvodam modo, pro consociatione hominum domesticorum, & sub eodem

a) *Althus. c. 3. P. n. 1.*

dem tecto viventium, imperio unius fide devinctorum, qvam Aristoteles (b) describit, qvod sit *societas ad qvotidianum vitæ usum à natura introducta*. Reqviruntur autem ad familiam ad minimum *tres personæ*, αὐτοδεσπότης s. *paterfamiliâs*, ejusq; socia, *materfamiliâs*, atq; *illi* qvidem principaliter, *huic secundariò* obtemperans *Servus*. Qvær. *An liberi sint pars familiæ?* Resp. Non sunt pars familiæ ut familiæ, qvia non per liberos, sed propter liberos constituuntur familiæ. Interim sunt pars perfectæ familiæ: adeoq; reqviruntur ad integritatem familiæ non essentialem, sed accidentalem.

b) *l.1. Pol. c.2.*

§. 62. Ex familiarum plurium consociatione oritur *Vicus*. Ex duorum vel plurium vicuum consociatione *pagus*, cujus caput est *Metrocomia*. Qvi si amplior est, fossâ, vallo & muro cinctus, vocatur oppidum. (c) Inter qvod & urbem nonnulli statuunt hoc discrimẽ, qvod oppida non sint solenniter aratro cincta, sicut urbes, item, qvod non sint tam ampla & augusta; item, qvod non gaudeant tantis privilegiis & immunitatibus (d). De nomine urbis videri potest Varro (e) & Cælius Rhodiginus (f). Qvid autem in exstruendâ urbe attendi debeat, ad nauseam ferè tradidere alii

c) *Var. l. 4. de Lat. ling Hyppol. à Coll. de incr. urb.*
d) *Libenth Coll. Pol. exerc. 5. th. 15.*
e) *l. c.*
f) *l. 14. c. 5.*

 g) Qvær.

g) *Aristot.* (g) Qvær. *An urbes muris, mœnibus & propugnaculis sint muniendæ?* A. contrà Bodi. *l. 7. Pol. c. 9* & 11. *Thol.* num (h) & Machiavellum (i). Qvær. *An urbes l. 2. de Rep. bi expediat vicinitas maris?* A. contrà *c 1. Hippol.* Wendelinum. (k)

à Coll. l. c. §. 63. Cæterum nec urbs cum civitate *c. 2. 3. 4.* confundenda est. Urbs enim muris & mœ- *Patric. l. 7.* nibus; Civitas ordinatâ civium multitudi- *de Rep. inst* ne finitur. Urbe eversâ civitas manere *th. 10. Cas-* potest. Sic Aristoteles, *Multi*, inqvit, *ex- l. 7. Sphær. trà mœnia habitant, qvi cives tamen esse non civ. c. 11. desinunt.* (l) Et Pompejus, cum maximam *Timplerus* Senatorum partem & meliorem civium *l. 1. Pol. c. 6.* florem secum ex urbe deduxisset: *Non est*

h) *l. 5. de* *in parietibus Resp.* inqvit (m) Muri igitur *Rep. c. 5.* civitatem non faciunt, cum Sparta, ex le-

i) *l. 2. c. 24.* ge Lycurgi, sine mœnibus fuerit. (n) Unde

k) *l. 1. Pol.* Agesilaus ostendens Spartanos armatos, *c. 7. th. 3.* inqvit: *hæc sunt Spartæ mœnia*.

l) *l. 3. Pol.* §. 64. In Urbe autem qvi vivunt com-

c. 1. muni vinculo ligati, Cives vocantur s. ta-

m) *Dion.* les sint *absolutè*, s. *cum addito.*

in Pomp. §. 65. *Civem absolutè dictum* describit

n) *Liv. l. 34* Aristoteles (o) qvod sit *socius multitudinis,*

o) *l. 3. Pol.* *qvi imperii particeps est & suffragiorum*.

c. 1. Qvæ descriptio admitti potest, si intelligatur de cive, prout is nondum certæ Reip. speciei est subjectus. Aliàs æqvalitas civium in suffragiis ferendis nonnisi in sola demo-

democratiâ obtinet. Atqve sic opifices, mercatores &c. non forent cives, sed meri subditi, qvia magistratum gerere nequeunt. Unde alii dicunt, esse saltem ἐπέμβατα πολιτικὸν, qvod opifices à magistratu cives vocantur, nim. ut blando civium nomine deliniti abstineant à publicis honoribus, nec dignitates affectent. Ego censeo, hodiè ex arbitrio, more, lege vel consvetudine cujusq; civitatis civem absolutè dictum vel non absolutè dictum determinandum esse.

§. 66. Absolutè dictus Civis vel talis est *origine*, vel *cooptatione* s. *adoptione*.

§. 67. *Origine* talis est, qvi vel utroqve parente, vel patre saltem aut avo cive natus est. Qvær. *An liberi, protenus ac in lucem eduntur, veri cives sint?* N. Spe tales sunt, non re. Revera autem tales fiunt, cum immatriculantur, s. in album civium referuntur & civilia munia præstant.

§. 68. Originarios cives distingvunt nonnulli in *Patricios* ac *Plebeios*. Patricios vocant, qvi ex antiqvâ stirpe honoratâ sunt prognati (p) Qvorum in civitatibus Imperialibus duo inprimis sunt genera. *Alii* à Torneamentis excluduntur, & vocantur die Erbaren. *Alii* die Adeliche Geschlechter/ qvi nempe à summo

(p) Liv. l. 4.

Principe nobilitatis insignia tulerunt, & semper admissi sunt. Qvales apud Norig) *Limn.* bergenses adhuc reperias (g) Plebeios nun- *l. 6. c. 5. &* cupant, qvi ex parentibus plebeiis nati of- *l. 7. c. 35.* ficia tractant sordidiora, ut opifices, pastores, nautæ, mercatores &c. Hanc distinctionem, si Aristotelem tueri volumus, admittere nefas est. Is enim opifices civium r) *l. 7. Pol.* numero eximit (r) Sed in nonullis civitati- *c. 9.* bus hodiè contrarium obtinet, ubi artifices ad dignitates qvoq; evehuntur. Disting. ergò inter artifices hominum necessitati & voluptati inservientes.

§. 69. *Cooptatione* civis est, qvi alibi natus consensu magistratus jurium civitatis particeps fit, præstito prius fidelitatis & obsequii juramento. Qvær. *An peregrini sint adsciscendi in numerum civium?* Du- f) *Diod.* bium nullum est sæpè civitatem peregrinis *Sicul. l. 11.* oppletam turbari, leges, moresq; corrum- *Pol. Virg.* pi ac vilescere. Qvin & fieri potest, ut an- *Hist. Angl.* tiqvi & originarii cives obreptitiis istis tã- *l. 29. Herod* dem vincantur, atq; hinc civilis discordiæ *l. 3. conf.* semina ubertim propullulent. Ut taceam, *Arist. l. 5.* in contrarium ferè niti diversarum natio- *Pol. c. 3.* num mores. Hinc seditionum ampla ma- t) *Xenoph.* teria. Exempla passim legere licet apud *de Rep.* Historicos (f) Unde Spartani nunqvam *Spart.* peregrinos receperunt (t) & Athenienses ad civi-

ad civitatem peregrino communicandam *u*) *Demoſt.* 6000. civium vota reqviſiverunt *(u)* Hinc *contr. Eu-* apud veteres peregrini & hoſtes eodem *bulid.* loco æſtimati ſunt *(x)* Verùm rectè Cicero *x*) *Rhodig.* inqvit: *(y) Uſu urbis prohibere peregrinos l. 18. lect.* *inhumanum eſt.* Nec tamen omnes indi- *ant. c. 5.* ſcriminatim peregrini recipiendi ſunt, *y*) *l. 3. off.* ſed ii, qvi bonæ ſunt nationis, ac Reip. pro- *z*) *Herod.* deſſe poſſunt, & qvidem ſub hâc conditio- *l. 1. & 4.* ne, ut depoſito fidelitatis juramento, & *Pauſan.* imperium, qvod conſtitutum eſt, ſubeant, *l. 7. Val. M.* & qvæ alia ad vitandas ſeditiones ſunt ne- *l. 5. c. 6.* ceſſaria. Exempla hujus adoptionis exſtant *a*) *Limn.* apud Hiſtoricos (*z*) Qvær. *An Judæi qvoq; in J. P. l. 3.* *in numerum civium recipiendi ſint?* Negant *c. 2. n. 13.* qvæſitum nonnulli. (*a*) Simpliciter id af- *Weſenb. in* firmari neqvit. Unde diſtingvunt alii. (*b*) *parat. C. de* Nos qvæſitum affirmamus, ſi conditiones *Jud. & cæ-* illæ obſerventur, qvas ponit Reinkingius *licol. n. 4.* (*c*) & Wendelinus (*d*). Si nempe pacificè *b*) *Schonb.* vivant, Chriſtianos illicitis mediis non ex- *l. 3. c. 35. Li-* hauriant, cum ſceleratis non colludant, *benthal.* diſcreto veſtitu utantur, Chriſtianis ſubji- *exerc. 5. q.* ciantur & ab illis pro ſola humanitate fo- *14. Timpl. l.* veantur, officiis publicis non præficiantur, *1. Pol. c. 15.* novas Synagogas non exſtruant, matrimo- *q. 14.* nia cum Chriſtianis non ineant, nec blas- *c*) *l. 2. cl. 2.* phemias in Chriſtum eructent &c. *c. 3. n. 13. &* §. 70. *ſeqq.*

d) *l. 2. Pol. c. 17. th. 3. conf. Azorius Moral. l. 8. c. 22.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0055
DFG

§. 70. *Cum addito* civis, est talis vel *cum addito analogiæ* s. qvoad nudum nomen, vel *cum addito imperfectionis*, s. qvoad particularia.

§. 71. Ἀναλόγως, impropriè & nominetenus cives sunt [1.] *cives honorarii*, qvalis apud Corinthios Alexander Magnus fuit, & apud Athenienses Evagora Cypri, Dionysius Siciliæ, Antigonus ac Demetrius Asiæ reges, atq; hodiè apud Helvetios & Venetos est rex Galliæ [2.] *hospitales* s. *inqvilini*, qvi aliunde adveniunt citra voluntatem domicilii constituendi, ac foro, nundinis & commerciorum jure utuntur in civitate, ut Studiosi, nobiles, milites, mercatores &c. Sic veteres (*e*) jura hospitii mutua in signum & pignus amicitiæ colebant, datâ tesserâ hospitali. Ubi tamen expedit civitati, ut notum sit, qvot sint alienigenæ, qvot hospites vel inqvilini, ad pleraq; præcavenda, qvæ aliis nationibus fuerunt infausta. Nam si numerus advenarum hospitum excedat numerum civium, & advenæ civibus officere in aliqvo possint ob odium vel mores diversos, convenit exhaurire hoc onus à Rep. emigratione. (*f*)

e) *Gellius l. 5. c. 13.*

f) *Bodinus l. 4. c. 1.*

§. 72. *Imperfectus* civis est, qvi nonnullorum Civitatis jurium particeps est, idq;

idq; *vel ex Συνοικίαι*. Vocantur alias *incolæ*, Græcis *πάροικοι*, qvasi juxta habitantes, vel, ut placet Camerario, (*g*) rectius *Σύνοικοι* cohabitantes, qvi qvod domiciliũ habent in urbe, ideò partiali civitatis jure uti possunt. Tales in Ægypto fuerunt Judæi (*h*) & apud Romanos Aricini (*i*) Cæterum, qvin hi ad civilia onera subeunda obligentur, nullum est dubium, cum æqvum sit, ut qvi â Rep. sentit lucrum, etiam pro eâ ferat incommodum. *Vel ex fœdere*. Vocantur alias *confœderati*, propterea, qvod vi fœderis civitatis jus habent, etsi in eâ non habitent. Tale fœdº est inter Genevenses & Bernates, sic ut qvi ex fœderatis sociis, suâ civitate desertâ, sociorum civitatẽ adire velit, momẽto civis fiat sociæ civitatis, sine cooptatione, aut rescripto singulari (*k*) Tale qvoq; est inter Vallesios & V. Helvetiorum Cantones. Talia pacta inter cives Nöribergenses & Venetos, Anglos & Hispanos intercedunt, ut si qvam injuriam vel damnum unius civitatis civis à cive alterius accipit, possit eum suo loco jure judicioqve persequi.

g) l. 5. Pol. c. 3.

h) Philo l. 1 de vit. Mos.

i) Liv. l. 2.

k) Bodin. l. 1. c. 6.

§. 73. Qvær. *An aliqvis possit esse duarum civitatum civis absolutè dictus?* Nonnulli id negant (*l*) Adfirmantibus adstipulor,

l) Arnis. l. 1. Pol. c. 3. Besold. c. 18 Pol. n. 10. v. 1.

lor, si civitates illę fuerint communi capite & fœdere copulatæ Qvær. *An differat Vir bonus & civis bonus?* Resp. Differunt formaliter. Boni enim Viri ac boni Civis virtus non est eadem. Qvæ Viri boni sit, patet ex Ethicis. Civis autem boni opus est, procurare totius civitatis salutem, & virtus ejus est habitus, secundum qvem hoc præstat. Viri boni virtus perfecta est & eadem numero in omni Rep. cōstans ex prudentiâ & virtutibus moralibus simul sumtis. At boni civis virtus pro diversâ Rep. alia atqve alia esse debet. Non enim est bonus civis in Aristocr. qvi virtutibus boni civis in Democr. viventis instructus est. Evenire potest, ut malus homo civis boni virtutem habeat, si qværat suæ Reip. salutem. At boni Viri virtus una eademq; semper est. Interim vir absolutè bonus & optimus civis in optimâ Reip. formâ idem est, cum utriusq; finis sit honestè agere & qvidem qvam maxime (*m*) Qvær. *An civibus liceat, l. 3. Pol. c. 4 pro arbitratu à civitate abscedere?* Gentium & 5. *l. 4. c.* consvetudine id nō in universum licuisse, 7. *l. 7. c. 12.* docent Moschi. Qvoadusq; apud Romanos recentioribus seculis licitum sit, docet (*n*) *l. 22. §. 2.* Jus civile. (*n*) Si pactis conventis non fuerit contrarium initum, affirmo, sic tamen ut, i. nō gregatim discedant, ne tollatur so-

m) *Aristot.*

ff. ad mun.

cietas

cietas civilis 2. partem suam exsolvant antè discessum, si magnum æs alienum fuerit contractum 3. alium æq; idoneum substituant, qvi Remp. defendat, si fiduciâ multitudinis bellum est susceptum, præsertim, si obsidio imminet. (o)

o) H. Grot. l. 2. de jure P. & B. c. 5. n. 24.

§. 74. Sic cognito concreto, s. cive, expeditius jam cognoscetur abstractum, s. civitas. Qvia ex illius in hujus notitiam nos devolvi docent Philosophi. Ex civium ergo indole æstimanda est civitas, atq; tum ea dicenda est, qvando multi homines commodè sub iisdem legibus vivere, eandemq; imperii rationem ferre possunt, & ad finem unum obtinendum convenerunt. Aristoteles eam sic describit: (p) Ἡ δὲ κοινωνία ἐκ πλειόνων κωμῶν τέλειος ἤδη φύσιν, ἔχουσα πέρας τῆς αὐταρκείας, γινομένη μὲν τοῦ ζῆν ἕνεκα, οὖσα δὲ τοῦ εὖ ζῆν ἕνεκα. Genus est *Communio*. Differentia desumitur partim ex causa materiali, qvæ sunt plures *vici*; partim formali, qvæ est *perfectio* cum αὐταρκείᾳ; partim efficiente, qvæ est *natura*. Oritur enim ex societatibus naturalibus simplicibus: partim finali, qvæ est tùm generalis, nempe *vivere*; tùm specialis, nempe, *benè beateq;*, h. e. honestè secundum virtutem *vivere*.

p) l. 1. Pol. c. 2.

CAPUT

CAPUT V.

De Republicâ.

§. 75. CÆterum Civitas & Resp. non debent identificari, nec confundi. Differunt enim maximè. *Civitas* est qvasi materia, in qvam *Resp.* tanqvam forma introducitur. Unde Aristoteles (*a*) Remp. civitatis vitam vocat: & alibi (*b*) qvo modo hoc sese habeat, pulcrè explicat, cum Remp. choris & harmoniis, civitatem personis & numeris comparat. Sicut enim iidem homines mox Tragicum, mox Comicum possunt constituere chorum, ita Civitas eadem variis potest informari Rerump. formis.

a) *l. 4. Pol. c. 11.*

b) *l. 3. Pol. c. 2.*

§. 76. Ex cognitione Civitatis autem devenimus in cognitionem Reip. Civitas enim est multitudo Civium (*c*) Cæterum nulla multitudo absq; ordine consistere & finem suum obtinere potest: ordinem itaqve in civitate dari necessum est, qvi *ordo* vocatur *Politia* & in Latio *Resp.* In ordine autem omni datur primum & secundum, primumq; præcipuè concernit ordo. Sic in civitate dantur primi & secundi, imperantes & obtemperantes, hinc ordo civitatis concernit imprimis eos, qvi in civitate primi sunt, h. e. qvi imperium obti-

c) *l. 3. Pol. c. 1.*

obtinent, & *qvemadm. primaria pars compositi res ipsa nempe, ità principalis pars civitatis civitas esse videtur* (d) qvæ alias etiam πολίτευμα dicitur. Nam πολίτευμα κύριον τῆς πόλεως *principatum civitatis* denotat, & est ipsa Politia (e) Hinc fluit descriptio Reip. Aristotelica: *Resp. est ordo civitatis, cùm aliorum magistratuum, tùm imprimis summæ potestatis.* Qvam alii concisius sic proponunt: *Resp. est ordo civium obtemperantium & imperantium, præsertim imperantium.* Unde patet v.g. Saxoniam, Lubecam &c. & alias s. Provincias, s. Urbes, qvæ ditioni superioris subsunt, absurdè à nonnullis appellari Respp. cum non tàm sint Respp. qvam Reip. partes, qvippè destitutæ Politiâ, s. summâ potestate.

d) *l.9.Nic. c.18.*

e) *l.3. Pol. c.3.6.7.l.4. c.1.*

§. 77. Tres autem dantur genuinæ Reip. species, Monarchia, Aristocratia & Democratia, (f) Qvibus tot opponuntur adulterinæ, qvas Aristoteles (g) παρεκβάσεις vocat, Tyrannis, Oligarchia & Ochlocratia. In *illis* primariâ intentione ac per se respicitur bonum publicum & commune: in *his* bonum privatum & proprium.

f) *l.3. Pol. c.15.*

g) *l.3. Pol. c.7. l.4.c.2*

§. 78. *Monarchia* est Resp. in qvâ unus imperat, qvi commune bonum respicit.

§. 79. Hanc subdividunt nonnulli, iiq;

graviſſimi Viri in *Regnum & Dominatum.* Regnum vocant Monarchiam, primò ad publicam, ſecundariò ad Regis ipſius ſalutem directam. Dominatum vocant Monarch. primariò ejus qvi præeſt, ſecundariò & nonniſi per accidens ſubdirorum ſalutem procurantem. Verùm, qvod pace tantorum Virorum dixero, nullam video rationem, qvæ me urgeat, ut hîc ab Aristotele abeam, qvi (*b*) tale imperium Dominicum vocat exerrans. Nam bonæ Reſpp. à malis diſcerni neqveunt, niſi per rationem à fine deſumtam. Politia enim ſ. forma Civitatis, unde Civitatis bonitas maximè dependet, eſt ordo imperantium in Civitate. Ordo a. ille bonus erit, qvando Imperiũ tale eſt, ut per illud finis Civitatis obtineri poſſit (propter finẽ n. vel obinendum vel facilĩ obtinendum ordo inſtituitur) Finis a. civitatis eſt benè beateq; vivere. Nam propterea tanta civium multitudo in unum locum confluxit, ut cum unus homo non poſſit ſibi comparare, qvæ ſunt ſufficientia ad benè beateqve vivendum, communi ſtudio id fieret. Unde imperantes etiam hunc in finẽ ordinatos eſſe oportet. Qvod ſi hic eſt finis Civitatis, bona & recta Reſp. erit, in cujus adminiſtratione ſpectatur bonum commune, idq; prima-

(*b*) *l. 3. Pol. c. 16.*

primariò. Hujus enim gratia convenerunt, ut benè beateq; inter se viverent omnes ac singuli. Atq; sic patet, Dominatum non posse inter genuinas Rerumpublicarum species referri, sed, licet non sit mera tyrannis, proximè tamen ad eam accedere.

§. 80. Monarchiæ opponitur *Tyrannis*, qvando unus imperat, qvi suum commodum respicit. De divisione Tyranni infra agetur (*i*) Notas verò & instituta Tyrannorum congessit Althusius, (*k*)

i) lib. 3.

k) c. 38. Pol.

§. 81. *Aristocratia* est Resp. in qvâ pauci imperant, commune bonum respicientes. Hi pauci autem debent esse ἄριστοι s. *optimates*, qvi id, qvod toti Civitati est optimum, imperant, & ut Cicero Optimates describit, (*l*) *qvi ita se gerunt, ut optimo cuiq; consilia sua probent.* Undè patet Optimates *præcisè & nisi cætera sint paria*, non æstimandos esse 1 *ex generis nobilitate.* Nam freqventer ἡρώων παῖδες βλαβαὶ. Et degenerare sæpissimè semina qvis ignorat? qvin etiam nobilitatem neqvitiæ velamentum non rarò esse plusqvàm notum est. Nec 2. *ex divitiis.* Hinc enim solet oriri luxus & avaritia. Qvippe, *Qvò plus sunt potæ, plus sitiuntur aqvæ.* Sed 3. *ex virtute.* Commune siqvidem bonum per se respicere non nisi Virtutis est. Qvær. *An*

à n. 5. ad 28.

l) pro Sext.

optimates sint eligendi suffragio optimatum; an populi? Populo indistincte electionem dare periculosum esse videtur, qvippe qvi privatis suis affectibus in transversum rapitur, atq; de bonis ac prudentibus, aptis & idoneis judicare neqvit. Consultum ergo magis esse videtur, ut Optimatibus s. Ephoris jus hoc permittatur, qvia his regni natura & conditio est notior. Verum censeo, hanc qvæstionem cujusq; populi legibus & moribus dijudicandam esse.

§. 82. Aristocratiæ opponitur *Oligarchia*, in qvâ divites imperant, qvibus accidit, ut pauci sint. Imperant autem propterea, qvia ditiores sunt, & ditiorum commodum respiciunt.

§. 83. *Democratia* est, in qvâ populus universus, h. e. tàm Nobilitas, qvàm plebs imperat, & commune bonum respicit. Fundamentum ejus est *Civium æqvalitas*, consistens, *tùm* in alternatione Imperii, ut sc. vicissatim imperent & pareant: *tùm* in libertate. Ubi tamen absit ut intelligamus æqvalitatem Arithmeticam, qvasi is præcisè imperare debeat, qvem ordo tangit, s. idoneus sit, s. non. *Geometricam* intelligimus, qvæ personarum qvalitates attendit. Nec pro libertate licentiam volumus substitutam, qvippè, qvæ evertit, non staturninat Resp. §. 84.

§. 84. *Institutum* hujus Status latius ex *m*) *l. 6. Pol.*
hibet Aristoteles (*m*) & Althusius. (*n*) *c. 2.*

§. 85. *Ochlocratia* est, in qvâ fæx plebis *n*) *c. 39. Pol*
imperii clavum tenens, ad privatum o- *à n. 61. ad*
mnia refert bonum. *finem.*

§. 86. Qvær. I. *Qvænam Formae ex his o*) *Iliad. 2.*
tribus sit optima? Resp. *Monarchia, qvamp*) *Justin. l.*
administrant optimates. Rectè Homerus (*o*) *1. hist. Cic.*
οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος *l. 3. de LL.*
ἔστω. εἷς βασιλεύς. Status Monarchicus *Sallust. in*
est *antiqvissimus*, (*p*) *Ordini naturæ conve-* *Catilin.*
nientissimus. Undè Seneca: *Natura Regem* *Tacitus l. 1.*
commenta est. (*q*) Sic apibus princeps unus *Ann. Forst.*
est, unus gruibus. (*r*) Una corporis anima *nerus in*
Undè Tacitus: (*s*) *Unum imperii corpus u-* *not. Pol.*
nius animo regendum est. Unus planeta- *ad Tacit.*
rum dux Sol. Hinc Alexander ad Legatos *q*) *l. 1. de*
Darii: (*t*) *non magis mundus potest regi à* *clemen.*
duobus capitibus, qvàm à duobus solibus. Ste- *r*) *Plin. l. 11.*
tus hic *à discordia tutissimus est.* Sed, *ar-* *nat. hist.*
duum semper eodem loci potentiam & con- *c. 17.*
cordiam esse (*u*) Qvod probat exemplum *s*) *l. c.*
Romuli & Remi (*x*) Hinc Lucanus (*y*) *Nul-* *t*) *Curt. l. 5.*
la fides regni sociis, omnisq; potestas impa- *u*) *Tac. l. 4.*
tiens consortis erat. Et de Roma scribit Ta- *Ann.*
citus; (*z*) *non aliud discordantis patriæ re-* *x*) *Flor. de*
medium fuisse, qvã ut ab uno regeretur. Nam *gest. Rom.*
insociabile regnum est (*a*) Ergò *pacatissimus* *l. 1. c. 1.*

est *y*) *libr. 1.*
z) *l. c.* (*a*) *Curt. l. 10.*

est Status Monarchicus. *Pacis interest,*
b) Tacit. l. *omnem potestatem ad unum conferre.* (*b*) Est
1. Histor. status *firmissimus* & stabilissimus. *Quod au-*
Dion. Hal. tem *Imperium sub uno stare potest, dum à*
l. 2. Ant. *pluribus sustinetur, ruit* (*c*) Videantur de
Rom. hâc qvæstione alii (*d*) Dixi; *Qvam admini-*
c) Curt. l. c. *strant optimates.* Qvod si enim solus Prin-
d) Ernest. ceps omnia pro arbitrio disponat, non sanè
Cothm. illum laudaverim statum Monarchicum,
cõs. 1. n. 121 cum homo is sit, erroribus, infirmitatibus,
& seq. vol. affectibus obnoxius, qveis everti magis so-
5. Joh. A- let Resp. qvàm solidari. Administratio er-
zorius Inst. go Status Monarchici fieri debet per pru-
Mor. l. 11. dentes ac probos Consiliarios, officiarios,
c. 1. part. 2. magistratusqs inferiores, qvi sint organa,
& veluti, oculi, manus, aures, pedesve
Principis. Sicut etiam Sol totum mun-
dum illuminat, non immediatè per con-
tactum corporalem s. per proprium cor-
pus, sed mediatè per radios qvi à luce o-
riuntur, & in omnes mundi partes spar-
guntur ac diffunduntur. Qvalem Monar-
chiam nostrum Imperium dixerim.

§ 87. Qvær. 2. *An detur Status mixtus?*
Misceri possunt dici Respp. duplici modo:
uno, impropriè; altero, proprie. *Pro-*
priè dicta mixtio Rerump. hæc est, qvando
vel omnes tres, vel duæ species, ita inter
se invicem uniuntur & contemperantur,
ut exindè resultet alia qvædam species à
specie-

ſpeciebus unitis eſſentialiter diverſa. Et talem mixtionem non ſaltem pernegamus, ſed inſuper cum Cl. Piccarto (e) dicimus, *Ideam Platonicam nobis videri hanc mixtionem, & præter neceſſitatẽ factam formarum Reip. multiplicationem.* Et cum *Bodino* (f) *ne opinione qvidem fingi poſſe talem Reip. ex duabus vel tribus conflatam.* Poſitionis meæ fundamentum eſt, qvia talis formarum mixtio contradictionem implicat in adjecto. Nam qværo, in ſtatu mixto v. g. in Imperio Romano, (qvem tu Monarchico-Ariſtocraticum fingis,) *An Majeſtas ſit penes unum, an non?* Si prius; *Monarchiam* habes: Si poſterus, E. vel eſt penes paucos, vel penes plures. Illud *Ariſtocr.* hoc *Democr.* facit. Dices tu; in Imperio Romano Majeſtatem eſſe diviſim & penes unum & penes paucos, & penes Imperatorem, & penes Ordines ſ. Status Imperii. Qvæſo, qvid fiet de illo Philoſophorum Canone; *Omnis forma eſt individuibilis.* Et annon expreſsè tibi contravenis? Idem enim dicis, Ac *Majeſtas eſt penes unum, & non eſt penes unum.* Accedit, qvod de hâc mixturâ Veteres Philoſophi & Hiſtorici parum ſciverint. Platonem ut ſicco pede præteream, (g) Ariſtoteles (h) tres ſimplices ponit, easqve cum ſocietatibus domeſticis, & imperiis, qvæ in illis obti-

e) *Diſp. Alcorff. 30. n. 50.*

f) *l. 2. de Rep. c. 1.*

g) *l. 1. Pol.*
h) *l. 8. Nic. 12.*

nent, comparat. *Regnum* assimilat imperio patris in filios. Ut enim hic filiorum commodum respicit, ita Rex obtemperantium commodum respicere debet. *Aristocratiam* imperio prudentis mariti in uxorem comparat. Ille enim imperat in iis, in qvibus uxorem virtute & dignitate superat; Qvæ vero uxori conveniunt, illa ei permittit administranda. Sic Aristocratores in iis imperant, in qvibus ipsi reliqvos virtute & prudentiâ superant. Qvæ verò reliqvis competunt, horum imperium ipsis non adimunt. *Politiam* seu Timocratiam assimilat societati fratrum. Ut enim hi sunt dignitate æqvales, nisi in qvantum ætas discrimen facit, ita cives in Politia volunt esse æqvales. *Tacitus* qvoq; has tres Reip. species recenset, (*i*) *Cunctas*, inqviens, *nationes & urbes populus, aut primores, aut singuli regunt. Impropriè dicta mixtio est*, cum alia est *forma* s. *status*; alia vero videtur esse eam *administrandi* & gubernandi *ratio*. Hâc ratione non nego, eiam veteres terminum mixtionis usurpasse. Sic Isocrates Remp. Athenienſium tempore Solonis dicit fuisse μεμιγμένην δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ, qvam tamen eo tempore meram Democratiam fuisse docet Aristoteles (*k*) sc. forma Reip. fuit democratica, sed ratio eam gubernandi fuit

i) *l.3. Ann.*

k) *l.2. Pol. c.12.*

fuit Aristocratica. Si qvis hoc velit vocare statum mixtum sc. Democratico-Aristocraticum, non morose reclamo, verùm populariter hoc dictum est, non accuratè & propriè. Et hoc modo statum Imperii Romani possum appellare Monarchico-Aristocraticum, qvia Imperator τῶν ἀρίστων, Optimatibus & Proceribus tanqvam organis in administratione Imperii utitur. Exindè autem non seqvitur, ipsam formam non esse Monarch. & Majestatem desinere esse penes solum Imperatorem. Ubi tamen simul notandum est, nonnullis distinctionem inter statum & administrandi modum non adeo videri accuratam. Nam optimatum illorum, qvi nihil aliud sunt, qvam suorum principalium superiorum vicarii & ministri, nihilq; proprii habent, sed mandantium principalium authoritate utuntur, administrationem metiendam esse docent ex jure illius, à qvo eam illi acceperunt, & qvem repræsentant. Si igitur hic mandans est rex vel Monarcha, etiam Vicariorum horum, qvamvis plurium administrationem non esse Aristocraticam sed Monarchicam; siqvidem in administratione, consensu voluntate & factis unum suum principalem repræsentare debeant. Hi ipsi tamen concedunt, adminis-

ſtrationem licet ſit reverà Monarchica in ſtatu Monarchico, tamen videri vel analogam ac ſimilem eſſe Ariſtocraticæ.

CAPUT VI.

De Majeſtate.

Reſpond. Jacobus Nibbius, Leoburg. Pruſſus.

§. 88. REmp. eſſe ordiné imperantium & obtemperantium ex dictis conſtat. Imperantes autem qvò conſtitutis ſuis robur ac authoritatem addere poſſint, *poteſtate* muniendi ſunt. Qvæ ſi ab alio communicatur & leges accipit, dicitur *dependens*: ſi a. nullius alterius juri poſitivo ſubeſt, *independens* dicitur ac ſumma, alio nomine *Majeſtas*.

§. 89. Vocabulum *Majeſtatis* eſt ambiguum. Nonnunqvam ad res inanimatas transfertur v. g. orationem (*a*) locum (*b*) &c. Nonnunqvam uſurpatur pro perſonali dignitate ac honore (*c*) ſæpè etiam κατ' ἐξοχὴν notat DEUM Opt. Max. cui ſoli Majeſtas excellenter tribuitur, & ad qvem omnis humana Majeſtas dependenter refertur (*d*) Nos termino Majeſtatis utimur propriè ac ſtrictè, prout notat ſummam imperandi poteſtatem. Nec verò vocem hanc h. l. adhibemus ζυμπλεκτικῶς ſ. in concreto, prout facit concreſcere ſubjectum cum forma, ſed in ſignifica-

(*a*) *Cicer. de Orat.*
(*b*) *Liv. l. 1.*
(*c*) *Tacitus l. 2. Ann.*
Daniel Otto in diſſ. J. P. c. 15.
(*d*) *l. ult. C. de fer. in princ.*

ficato abstracto, denotando solam formam denominantem, cum præcisione ad subjectum, qvod ab ea denominatur.

§. 90. Hujus Majestatis considerabimus tùm *essentiam*, tùm *propria essentialia*, aliàs *jura* appellari solita.

§. 91. *Essentiam* exprimit *definitio*, qvam talem tradimus: *Majestas est summa in civitate* (qvæ absolutè sui juris est,) *potestas*.

§. 92. Generis loco stat *Potestas*, eaqs non dependens, limitata & restricta, sed independens, absoluta & *summa* (qvæ vox stat loco differentiæ) Summam autem potestatem ità circumloqvitur H. Grotius (e) *Cujus actus alterius juri non subsunt, ità ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti possint reddi.* Undè patet Majestatem esse simpliciter ἀνυπεύθυνον, sic ut liceat ei ἀνευθύνως ποιεῖν τὰ βέλεται, sicut loqvitur Otanes apud Herodotum.

e) *l. 1. de Jure B. & P. c 3. n. 7.*

§. 93. Hic verò sese ingerunt nonnulla dubia. Nam 1. Qvær. *An ubiq; & sine exceptione summa potestas sit populi, ità ut ei reges, qvoties imperio suo malè utuntur, & coërcere & punire liceat?* Videtur sanè id ita esse præsertim in illis Regibus, in qvos populus sui regendi jus plane ex liberâ voluntate transscripsit: cum constituens sem-

semper sit superior constituto. Verùm, non usq; adeò hoc stringit, ut ei adstipulari cogamur. Qvod enim de jure superioritatis constituentis in constitutum dicitur, id valet nonnisi in ea constitutione, cujus effectus perpetuò pendet à voluntate constituentis, non verò etiam in eâ, qvæ ab initio est voluntatis, postea verò etiam effectum habet necessitatis, qvomodo mulier virum sibi constituit, cui parere semper necesse habet. Hinc Imp. Valentinianus militibus, qvi se Imperatorem fecerant, postulantibus, qvod ipsi non probabatur, respondit: *Ut me ad imperandum vobis eligeretis, in vestra situm erat potestate, ô milites: at postqvàm me elegistis, qvod petitis, in meo est arbitrio, non vestro. Vobis tanqvam subditis competit parere, mihi qvæ facienda sunt, cogitare.* (*f*) Aliud tamen censendum est de illis, qvi jus acceperunt, qvovis tempore revocabile, i. e. precarium, qvale olim Vandalorum regnum fuit in Africa (*g*) & Gothorum in Hispania (*b*) cum ipsos deponerent populi, qvoties displicerent. Horum enim singuli actus irriti possunt reddi ab his qvi potestatem revocabiliter dederunt. Dextrè hanc Qvæstionem resolutam vide apud defæcatissimi ju-

f) *Sozom. Hist. Eccl. l. 16.*

g) *Procop. Vand. 1.*

b) *Aimo l. 2. c. 20.*

mi Judicii Virum, Hugonem Grotium.

(i) Qvær. *An exindè aliqvis summâ potestate carere dicendus sit, qvod non habeat potestatem alienandi jus regendi subditos?* Resp. Qvi pleno jure proprietatis, ut patrimonium, regnum tenet, is illud ipsum jus per Testamentum alii legare potest, salvis tamen legibus regni fundamentalibus. Sic Darius regnum Artaxerxi, Cyro civitates, qvarum præfectus erat, Testamento legavit (k) Hinc Cicero: (l) *Qvis ignorat regnum Ægypti Testamento Regis Alexandrini populi Romani esse factum?* Qvi verò jure usufructuario imperium saltem occupant, ii summam qvidem habent potestatem, sed non plenè, qvâ habendi plenitudine qvia destituuntur, non æqui per Testamentum regna relinqvere possunt. Qvær. *An Majestas sit soluta legibus?* Sic censet Bodinus (m) cui præivit Plutarchus (n) inqviens, Majestatem τὸ κρῖναι τοῦ νόμους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ νόμων ἄρχειν. Verum non indistinctè hoc accipiendum est. *LL. divinis* neutiqvam soluta est Majestas, qvia inferior non est solutus LL. superioris. Nec *LL. naturalibus.* Nam *Naturæ vinculum Principis auctoritatem superat* (o) Undè, cum Dionysius Siciliæ Tyrannus nefando molimine matrem stuprare vellet, illa dixisse fertur:

i) *l. c. n. 8.*
k) *Just. l. 5.*
l) *de L. Agrar.*
m) *l. 1. de Rep. c. 8.*
n) *in Flamin.*
o) *Val. M. l. 7. c. 7.*

fertur: *Tyrannum qvidem LL. civiles posse mutare, sed jura naturalia prorsus tollere nul-*
p) *conf. §. sed natur. Inst. de I. N.G. & C.* *lo modo posse* (p) De *Gentium LL.* idem affirmo. Nec *LL. fundamentalibus* Regni solutam esse Majestatem existimo, qvippè his qvi soluti vivunt Principes, Tyranni potius appellandi sunt qvàm Principes. Qvoad *LL. communes & merè civiles* distingvo inter *vim* earum *coactivam & regulativam*. *Priorem* qvod attinet, Majestas simpliciter ἀνυπεύθυνος & LL. humanis exemta est, sic ut in particularibus actibus LL. prejudicare & extrà LL. limites evagari possit, idq; propterea, qvia ipsa habet plenam ferendarum & abrogandarū LL. potestatem. Qvoad *posteriorem* distingvo inter *obligationem* qvæ oritur *ex necessitate*, & qvæ oritur *ex honestate*. *Illa* hic planè exsulat; hæc obtinet. Honestum & decorum maximè est Principi, submittere se vi LL. communium directivæ. *Nihil magis esse decorum & regale puto, qvàm legis jure solutum, sponte tamen legi sese submittere Regem*, inqvit Poëta de Friderico Imp. Hinc primi Impp. Romani licet ex S. Pq;. concessione per L. Regiam LL. soluti essent, tamen τὸ πρέπον magis attendentes, LL. se adstrictos esse professi sunt. Aureum est illud Antonini & Severi Rescriptum, *se qvidem*

dem LL. esse solutos, LL. tamen vivere, h.e. si qvidem præcisâ necessitate ad LL. civilium obseqvium adstrictos non esse, honestate tamen svadente, illis obseqvium præstare. Nimirum, *Digna vox est Majestate regnantis, LL. se alligatum Principem profiteri* (q) Egregiè Claudianus: (r) *Non tibi qvid liceat, sed qvid fecisse decebit, occurrat, mentemq; domet respectus honesti.* Et sanè, nihil Reip. utilius, nihil principe dignius, qvàm, ut ne detrectet cum subditis habere jus qvasi commune. Sicut enim evertitur Resp. si arcus Regiæ potestatis nimis intendatur, velintq; pro libidine suâ omnia Reges agere: ità contrà fulcitur, si ipsi sibi & imperii & vitæ LL. ponant. Hoc ipso enim Reges fiunt modestiores, refrænando proprios affectus: hoc ipso etiam efficitur, ut ejusmodi Regibus subditi minus invideant, præsertim, si cognoscant, qvod Reges LL. suâ sponte se submittendo, qvasi exæqventur subditis. Accedit, qvod Princeps sit adinstar publicæ facis, toti Reip. prælucentis. Nam, *qvi magno imperio præditi sunt, & in excelso ætatem agunt*, inqvit Sallustius, *eorum facta cuncti noverunt. Ità maxima fortuna minima licentia est.* Principum ergò est boni exempli causa LL. observare, & hoc ipso subditos ad observantiam

(q) *l.* 4. C. *de* LL.

(r) *ad Imp. Theodos.*

tiam

etiam LL. incitare. Nec tantum à prædecessoribus, sed etiam à semetipsa latas LL. honestatis studiosa Majestas observat, tunc jura sua ab omnibus custoditum iri existimans, cum ipsa illis reverentiam præbet.

f) lib. 3. Hinc de Lycurgo memorat Justinus (f) qvod *nõ inventione LL. qvã exemplo clarior* fuerit. Et de Charondâ Thuriorum Principe refert Val. M. qvod propriam legem transgressus, de seipso pœnam sumserit. Qvale qvid & de Zaleuco memorat Ælianus. Nam, *tùm observantior æqvi fit populus nec ferre negat, cum viderit ipsum Autorem parere sibi: componitur orbis Regis ad exemplum, nec tantum flectere mentes hu-*

z) *Lucanius manas edicta valent, qvàm Vita Regentis.* (t) *ad Honor.* §. 94. Qvær. *An Capitulationis pactio-*

Imp. *nes Majestatem Principis absorbeant?* Ità

u) *l. 2. de* censet Bodinus. (u) Sed aliud est obligari

Rep. c. 6. ex contractu mutuo, aliud ex imperio (x)

x) *vid. Re-* Qvær. *An juramentum servandarum pactio-*

ces. Imp. *num gratia interpositum Majestatem eva-*

de anno *cuet?* Sic idem Bodinus (y) vult cum Arni-

1546. §. Sosæo (z) Verùm, si juramenti præstatio ali-

wollen. qvid detrahit Majestati Principis, qvid fiet

y) *l. c.* de Regibus Hispaniæ, Galliæ, Hungariæ,

z) *l. 1. de* Angliæ, Bohemiæ, Daniæ, Poloniæ, Sveciæ

Jur. Maj. &c. qvos omnes in LL. regni fundamen-

c. 6. n. 5. tales jurare ex Historiis constat, qvorum

jura-

juramentorum formulas congessit Althu-
sius (*a*) Qvinimò ipse Vespasianus in ro-
stris juravit, & religione se LL. subjecit (*b*)
Qvis autem Vespasiano Majestatem adi-
meret? Idem urgemus in Persiæ (*c*) Æthio-
piæ (*d*) Ægypti (*e*) & Epiri (*f*) Regibus,
penes qvos tamen S. P. resedisse stultus
foret, qvi negaret.

§. 95. Qvær. *An Majestas destruatur,*
si Princeps LL. universum Reip. statum con-
cernentes non possit pro lubitu ferre? Sic sta
tuit Bodinus, (*g*) & ex eo puncto vult e-
vertere Majestatem Imperatoris Romani.
Verùm hâc ratione nec Romulus primus
Romanorum Rex S. P. habuisset, qvippe,
qvi *non omnia manu regiâ expedire voluit,*
sed Senatum constituit, ut essent, qvorũ consilio
Remp. administraret (*h*) Sic Augustus *in fe-*
rendis LL. multa publicè deliberanda propo-
suit (*i*) Qvod etiam fecit J. Cæsar (*k*) Idem
dicendum de Regibus Angliæ, Hispaniæ,
Scotiæ, Galliæ, qvi ex mutuâ Statuum &
Parlamentorum conventione ad id obli-
gantur, *ne qvid, qvod ad universi regni statũ*
pertinet, sine publici consilii autoritate sibi sta-
tuere fas sit (*l*) Qvod etiâm obtinet in Po-
loniâ. (*m*)

§. 96. Qvær. *An illis, qvi se in alterius*
dignitatem per confœderationem commit-

a) *c. 19. Pol.*
n. 43. seqq.
b) *Plinius*
in Paneg.
Traj. Imp.
c) *Plut. in*
Themistocl
Diod. Sic.
l. 17. Pro-
copius l. 1.
d) *Diod.*
Sicul. l. 3.
e) *l. 1.*
f) *Plut. in*
Pyrhi vita
g) *l. c.*
h) *Dion.*
Halic. l. 2.
Hist. Rom.
i) *Dion.*
l. 53.
k) *Id. l. 43.*
l) *Hotom.*
l. 1. de ant.
Jur. Gall.
c. 23.
m) *Crom.*
l. 1. Histor.
Polon.

tunt, sarta tecta consistet Majestas? A. Nam tunc qvidem á parte ejus, in cujus dignitatem sese alius committit, reqviritur patrocinium, sed non à parte committentis subjectio, vel obseqvium. Hinc licet fortè summus Princeps vel populus sese alterius clientem profiteatur, hæc tamen clientela non imminuit Majestatem, sed utraq; manet salva & æq; summa, imprimis, si viribus pares fœdere æqvali vel sociali, vel cum nunqvam fuere hostes, tales sunt. (n) Qvin etiam si clientela ex vi fœderis forte imparis exsurgat, putà, qvando bello victus, aut sponte deditus sese obligat ad obedientiam in qvibusdam ex pacto, & jus qvoddam prælationis vi pactionis alteri concedit, non statim hinc imminuitur Majestas. Potest enim talis obligatio fieri citrà præjudicium Majestatis. Nec seqvitur: Ille observat Majestatem comiter ex pacto; E. est subditus. Clientes namq; sunt sub Patrocinio, non sub ditione (o) Nec Protector s. Patronus vi fœderis, dummodo non sit flebile illud & miserabile victorum, Jurisdictionem consequitur in clientem. Qvia non minuendæ, sed servandæ potius Majestatis gratia alterius vel Principis, vel populi potentioris tutela implo-ratur. Videantur exempla. (p)

n) *Wahrẽ ab Ehrenberg de fœder. 3. n. 45 H. Grotius d. l. n. 21. Arnisæ. de Maj. c. 4.*

o) *Cicero l. 2. off.*

p) *Plinius l. 19. Svet. in Calig c. 3. Mich. de Montagne l. 2. d. 5. Æl. Spart. in vita Adriani.*

§. 97.

§. 97. Qvæt. *An principes ac populi tributarii S.P. deperdant?* Sic Bodino (q) placet, ut destruat Majestatem Imp. Romani, propterea qvod is Turcæ annuam pensionem exsolvit ob tranqvillitatem & pacem publicam, ne excursionibus ac populationibus regionum suarum finibus damnum inferat. Verum memor debuisset hic esse Bodinus propriæ distinctionis, qvam alibi (r) tradit, ubi distingvit inter tributum, qvod subjectionis jure à subditis, & pensionem, qvæ conventionis & societatis jure à fœderatis vel finitimis servandæ pacis gratia exsolvitur. Et si ex hoc capite naufragium patitur Majestas, qvid fiet de ipso Turcarum Imp. qvi Regi Æthiopum & illis populis, qvi Arabiæ montes incolunt, magnam pecuniam tributi nomine qvotannis solvere cogitur? (s) Qvid de Rege Moabitarum fiet, qvi Israelitarum, (t) & de Rege Israëlitarum, qvi Syriorum tributarius fuit (u) Qvinimò qvod Galliæ Regi Majestas competat, Bodinus (x) acriter propugnat. At qvis nescit, Ludovicum XI. Galliæ Regem Edvardo Angliæ Regi pensionem 50000 aureorum qvotannis Londini solvendorum promisisse & solvisse. (y)

q) *l. c.*

r) *l. 3. de Rep. c. 6.*

s) *Richard. Dieter. de sum. imp. pot. concl. 17.*

t) *2. Reg. 3. 4.*

u) *2. Reg. 17. 4.*

x) *l. c.*

y) *Comin. l. 6. comm.*

§. 98. Qvær. *An Principes vel populi*

feudatarii summâ potestate excidant? N. Feuda enim s. Franca sint, s. ligia, non adimunt jus summæ potestatis in subditos, sed saltem inducunt personalem obligationem. Qvod si Rex absolutus ab Imp. feudum possidet (v. g. Rex Daniæ Holsatiam) exinde non deperdit proprii regni Majestatem. Licet enim respectu illius feudi & qvoad personam suam s. qvatenus vasallus Imperatoris juri subsit, tamen qvoad regnum & qvatenus Rex est, nullum Majestatis dispendium subit. Undè Rex Daniæ in suis ad Imp. literis hâc utitur formulâ: E. Kayſ. Mayt. und Liebden/ qvia diverso jure eum recognoscit.

§. 99. *Jura* s. *Propria Majestatis* varii variè disponunt. Nos ità: *Jura Majestatis* sunt vel *Majora*, vel *Minora*. Majora vel relucent *tempore pacis*, vel *tempore belli*. Medium togatæ administrationis sunt Leges. Hinc *jus ferendarum & abrogandarum LL.* ad qvod pertinet *jus privilegiandi, dispensandi & monetam cudendi*. Legum autem anima sunt officiarii Reip. qvorum alii ordinarii, ut Magistratus, judices &c. alii extraordinarii, & hi vel consilio, vel auxilio Remp. adjuvant. Illi vocantur Consiliarii s. Senatores. Hi Curatores, inter qvos eminent Legati. Hinc *jus creandorum*

rum magistratuum, ad qvod refertur, *jus extremæ provocationis*. Belli tempore opus habet Resp. armis, exercitu &c. Hinc *jus belli suscipiendi, gerendi, finiendi*: qvo refertur *jus pangendi fœdera, conscribendi exercitus, jus victoriæ* &c. Minora Majestatis jura exercentur in Rep. & belli & pacis tempore. Qvo spectant *jura fiscalia, & dominium eminens*.

§. 100. Qvær. *An Jura Majestatis ab ipsa Majestate sint separabilia & communicabilia?* N. Propria enim nec separari, nec ita communicari possunt, ut desinant esse illius propria, cujus antea fuerunt, & alterius propria fiant. Eleganter hanc rem explicat *D. Mauritius*: (z) *Jura Majestatis*, inqvit, *sunt à Majestate inseparabilia, formaliter eà si spectes: qvod tamen ipsum non obstat, qvò minus communicari materialiter possint, h. e. qvin per certa organa v. g. ordines regni (in qvibus est potestas materialis & dependens, ac subinde confirmatione eget) Majestas propriam potestatem & summam in actum educat. Qvomodo extrema provocatio cum Senatu, Præfecto prætorio, hodiè cum Electoribus nonnullis communicata legitur. Qvomodo item, v. g. Duces Imperii, Liberæ Urbes, jus monetæ, aliaq; obtinent, non potestate propria (qvod est formaliter) sed ab Im-*

z) *Diss. Pol.* 7. §. 24

peratore conceßâ confirmat ag3 (qvod est materialiter) adeog3 eminentissima sunt Organa magni Imperatoris. Communicatio ergò jurium Majestatis ad indolem communicationis propriorum sic instituenda est in Rep. qva ordine absolvitur (in Anarchia qvivis qvidvis invadit) ut non desinant esse propria Majestati, nec unqvam fiant propria subditorum.

LIBER SECUNDUS
De Administratione Reip.
CAPUT I.
De Subjecto Majestatis, s. de Magistratu Summo.

§. 1. REmp. Constitui ex imperantibus & obtemperantibus supra dictum est. *Illi* administrant, ut *horum* procuretur publica utilitas.

§. 2. Administratio ergò Reip. fit regulariter ab eo, qvi est subjectum Majestatis Personalis.

§. 3. Hic anteqvàm possit administrare legitimè *constituendus* & solenniter *inaugurandus* est.

§. 4. *Constitutio* fit vel *extraordinariè*, vel *ordinariè*. Priori modo *per sortem*: posteriori vel *per successionem*, vel *per electionem*.

§. 5. *Sors*

§. 5. *Sors* adhiberi non debet, nisi vel ea sit *necessitas*, ut nec ratio nec consilium suppetat, vel etiam duorum pluriumve Candidatorum *æqvalitas*, ut uter genere, virtute, opibus præstet, dijudicari neqveat.

§. 6. *Successio* vel oritur ex generatione, qvæ dicitur *hæreditaria*, vel ex agnatione, qvæ dicitur *linealis*.

§. 7. Circà successionem hæreditariam notanda sunt seqventia 1. ne regnum dividatur inter fratres, nisi aliud lex aut mos ferat, qvia id ad tuendum regnum & civium concordiam plurimum valet 2. ut successio stet intra eos, qvi descendunt à primo Rege: ea enim familiâ ob nobilitatem ejecta censetur, eâq; finità regnum redire ad populum 3. ut non succedat nisi qvi natus est secundum patriæ leges: non naturales tantũ, qvia ad contemtum patent, qvorum matrem Pater justo conjugio dignatus non est, & prætereâ qvia minus certi habentur. Nec adoptivi, qvia nobilitas generis verè regii magis reverendos efficit reges, majorq; de eis spes concipitur 4. ut inter eos, qvi pariter in hæreditatem admittuntur, præferantur mares fœminis, id eò qvod mares tum ad bella, tùm ad alias imperii partes magis idonei fœminis censentur. 5. ut inter mares, aut inter fœminas, ubi mares deficiũt, præferatur natu

maximus, qvod is judicio aut perfectior jam esse, aut prius futurus creditur.

§. 8. Qvær. *An filius, qvi antè regni adeptionem natus est, in regno individuo præferendus sit ei, qvi in regia fortuna natus est?* A. Nam fac alios postea natos non esse, nemo prius natos excludendos dixerit. Hinc in Persida Cyrus Arsicæ, in Judæâ Antipater Herodis Magni filius reliqvis fratribus antepositus fuit. Qvale qvid in Germania etiam, non tamen sine armis, inter Otthonem I. & Henricum contigit. Qvær. *An semper debeat præferri primogenitus?* Apud Corinthios semper successit

a) Diod. Sicul. l. 6. ὁ πρεσβύτατος τῶν ἀδελφῶν (*a*) Apud Vandalos, cauto ut hæres esset, qvi sanguine proximus & maximus esset natu, prælatus filius secundus natu major filii primi

b) Procop. Bell. Vand. l. 3. filio. (*b*) Apud Judæos qvoqvè id obtinuisse, docet exemplum Jorami (*c*) Qvin & in Ducatu Bavariæ primogenitus solus

c) 2. Chron. 21. 2. conf. Justin. l. 2. succedit, reliqvis fratribus alimentatione relictâ. Idem introductum in Ducatu Brunsvicensi & Wurtenbergensi. (*d*) Sic

Troj. Pōp. l. 31. Liv. l. 40. in Hassia duæ jam sunt lineæ, Cassellana & Darmbstadina. Et qvamvis ratione totius ditionis Hassiacæ nullum primogenituræ

d) Cothm. 5. conf. 1. jus unqvam valuerit, hodiè tamen singulari pacto & conventione (accedente S. Cæsareæ

ſareæ Maj. ſolenni confirmatione) in utrâq; lineâ primogenituræ jus receptum. Primogenitũ ergò præferendum eſſe natura & gentium plerarumq; conſvetudo docet: qvod tamen intelligendum eſt ſub his limitationibus 1. ſi primogenitus nominis ſui in Magiſtratu gerendo menſuram explere poſſit. 2. niſi Pater ob juſtas cauſas eum excluſerit. Tunc enim ſecundo genito ut digniori ejus prærogativa conferri poteſt. Nulli enim dubitamus aſſerere, in ſucceſſionibus etiam attendi debere commoditatem ſubditorum & habilitatem ſuccedentis. Undè David Salomonem prætulit Adoniæ. (e) Qvær. *Qvid faciendum ſit, ſi gemelli uno partu edantur, & qvis primogenitus ſit, ignoretur?* Reſp. Cæteris paribus ſorte res decidi poteſt. Qvær. *An primogenitus teneatur de alimentis proſpicere reliqvis fratribus?* Reſp. In regno individuo utiq; : idq; pro perſonarum dignitate, & facultatum modo. Hinc in Regno Galliæ inter LL. fundamentales eſt, ut, *ſi plures regis demortui filii exſtent, tùm natu minoribus ad ſe ſuasq; familias pro dignitate tuendas, idoneum apannagium tribuatur.* (f) Apannagium ſic dicitur qvaſi **abbannung** excluſio ab imperio & regno. (g) Hujus apannagii uſusfructus apud non re-

e) *1. Reg. 1*

f) *Hotom. l. 1. de ant. Jur. Gall. c. 23.*

g) *Timq. de jur. prim.*

gnantes est, jus autem fiduciarium apud regnum remanet cum supremâ jurisdictione. Qvam ob causam apannagio huic annectitur pactum reversionis, ut deficientibus masculis bona hæc fiduciaria ad regnum redeant & cum patrimonio coronæ consolidentur (b) Qvær. *An etiam fœminæ per successionem ad sceptra evehendæ sint?* A. Si defecerit sexus masculus & si instructæ fuerint virtutibus personam in tali fastigio constitutam decentibus, ac deniqve nisi lex aut consvetudo loci vetet. Servilis qvidem videtur conditio τῶν γυναικοκρατουμένων, sed cultissimâs tamen Gentes à mulierum non abhorruisse imperio legimus, inter qvas fuere Britanni & Germani. (i) Sæpe enim mulieres *virilibus curis fœminarum vitia exsuunt.* (k) Et ante ferenda sanè est Gynæcocratia Anachiæ. Extrà dictos casus autem *sufficiat fœminis obsequii gloria* (l) τὸ δὲ ἄρρεν φύσει τῆς θήλεος ἡγεμονικώτερον. (m) Et ut taceam alia vitia, organa imperandi fœminis desunt, potētia nempe & prudentia. Qveis *natura pectus instruxit dolis, sed vim negavit.* (n) Qvæq; *imbecilles sunt & impares laboribus.* (o) & plerumq; *muliebre consilium deterius.* (p) Hodie in plerisq; Regnis excluduntur fœminæ ab ordinariâ successione.

b) *Chopp. de domin. l. 2. f. 3.*
i) *Tacit. de Mor. Germ ac l. 4. hist.*
k) *Tac. l. 6. Ann.*
l) *Plin. in Paneg.*
m) *Arist. l. 2. Pol. c. 8.*
n) *Senec. in Octav.*
o) *Tac. l. 3. Ann.*
p) *Id. lib. 15. Ann.*

sione. Sic in Gallia exstat Lex, *ne virgo, ne-q*) *Hotom.*
ve mulier ad regni successionem admittatur, l. c.
sed agnatus defuncto Regi proximus, qvam-r) *Plut. de*
vis gradu fœminâ posterior, ei tamen præfe-ger. Rep.
ratur. (q) Qvær. *An spurius possit succedere?*) *Sigism.*
in regno? N. *Decet enim imperantem ab o-Bar. in*
mni labe esse alienum. (r) Hinc Basilius Mo- *comment.*
scoviæ Dux Filium successorem sibi desi- *Muscov.*
gnare noluit, qvod suspicionem conce- *t*) *Arnisæ. l.*
perat, eum ex uxoris adulterio fuisse na- *1. Pol. c. 9.*
tum. (*s*) Plura vide apud alios Politicos (*t*) *Tholos. l. 7.*
Qvær. *An legitimatus per subsequens matri-de Rep. c. 8.*
monium, in regno succedere possit? Affir- *Libenthal*
mant id gravissimi Viri. (*u*) Alii negant, *exerc. 6.*
(*x*) Nonnulli sub distinctione affirmant de *Pol. q. 9.*
eo, qvi legitimatus est, antè alium legitimè *u*) *Wurms.*
natum. (*y*) Meo judicio hic populi legibus *J. p. exerc.*
& moribus standum est. Negativam ta- *2. th. 9. A-*
men magis amplector. Unde in Regno *rum. disp.*
Galliæ per LL. fundamentales cautum est, *6. feud. th.*
ne qvis nothus, ne legitimatus qvidem ad re- 25.
gni successionem admittatur. (*z*) Qvær. *An x*) *Ritterh*
in successione Primogeniti filius, an verò Pa-part. Jur.
truus præferendus sit? A. prius, qvia pro *feud. c. 13.*
ipso militat non tantum jus subitionis *s. q 3. p. 17.*
præsentationis, sed etiam ipsa natura, qvia *Tholos. l. c.*
pars patris est, adeoqve succedit in omne *Libenthal*
jus *l. c. q. 10.*

y) *Tiraqvel. tr. de primog. q. 34. z*) *Hotom. l. 2. de an-*
tiq. jur. Gall.

jus patris, qvo pater potitutus fuisset, si vixisset. Hinc in Regno Galliæ LL. fundamentales præcipiunt, *ut filius Regis natu maximus, vel hoc præmortuo, nepos ex eo susceptus vivo Rege, pro designato Rege habeatur, solusq; in regno & dominio Regio succedat.* (a)

a) Idem l. c

§. 9. *Successio linealis* alia est *cognatica*, qvæ est eorum, qvorum parentes, si viverent, essent successuri, nullo habito sexus discrimine. Alia *agnatica*, qvæ duntaxat est marium ex maribus, ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum sangvinem imperium devolvatur. Qvær. *An Pater filium possit exhæredare, ac jus succedendi in agnatum transscribere?* A. si justas exhæredationis causas habet, & regnum est patrimoniale adeoq; alienabile.

b) Timpl. l. 2. Pol. c. 4. Schönb. l. 2. c. 15. 16. seqq. Christianus. Matth. l. 3. exerc. 1. §. 5

§. 10. Alii (*i*) alias adducunt successionis species, nempe [1.] eam, qvæ oritur *ex desponsatione*, in connubiis, qvando ex jure conjugii qvibusdam imperium obvenit. Sic Maximilianus per Mariam Caroli Burgundiæ Ducis filiam sortitus est Belgium. [2.] *ex emtione*, per qvam pecuniæ interventu aliqvis ditionem sibi acqvirit. [3] *ex permutatione*, qvâ qvis contractu aliqvo permutationis mediante imperium consequitur. Huc referri possunt *Pacta Gentilitia*. [4.] *ex donatione*, qvæ est inter vivos.

vos. Qvomodo Galliæ Regi donatus est
Delphinatus à principe Umberto, eâ le-
ge, ut Regis filius natu maximus Del-
phinus diceretur, & Galliæ Rex pro-
vinciam illam tanqvam Imperii feudum
ab Imperatore recognosceret [5.] *ex testa-*
mentaria dispositione, per qvam jure Testa-
mentario alicui imperium obtingit, qvod
fit in illis regnis qvæ pleno modo possi-
dentur, & in patrimonio sunt. [6.] *ex ju-*
stâ occupatione, qvando alicui per bellum
justum ac legitimum Imperium obtingit.
Hoc jure Israëlitæ occuparunt terram Ca-
naan divinitus sibi promissam. Alii addunt
illicitos ac illegitimos acqvirendi modos,
per occupationem violentam, invasionem
fraudulentam, largitionem &c. qvæ cla-
ra sunt.

§. 11. Seqvitur *Electio*, qvam alii suc-
cessioni præferunt, (*c*) alii postponunt. (*d*)
Ego cum prioribus facio sub hâc limitatio-
ne, si electio, qvantum fieri potest, in re-
giâ stirpe contineatur. Qvod Electionis
Temperamentum efficiet, ut & Pater de-
vinctiorem sibi accuratâ administratione
populum reddere allaboret, & filii ad vir-
tutè constantissimè colendam excitentur.

§. 12. Electionis consideranda veniunt
causa efficiens, forma & subjectum.

c) Piccol. grad. 10. civ. Pol. c. 18. Reinking. de Reg. S. & E l. 1. cl. 3. c. 2. n. 3. Besold. l. 1. c. 3. Pol. v. 29. Arnis de Rep. l. 2. c. 2. s. 4. Linenthal. exerc. 6. Pol. q. 3. Timpl. l. 2. Pol. c. 2. q. 2

d) Hotem. de antiq. Jur. Gall. l. 1. c. 14. Bodin. l. 6. de Rep. c. 5. Casus Sph. civ. l. 3. c. 11. q. 21. Lips. l. 2. c. 4 Cōzen. l. 1. P. §. 13. c. 25 Schönborn. l. 2. c. 9. Wendelin. l. 2. Pol. c. 3. th. 1.

e) *Cabot. l.1. c.10.* §. 13. *Causa Efficiens* est vel universus populus vel certus personarum numerus
f) *Deut.17 15. 2.Sam. 7.12.13.14. 2.Chron. 21.7.* ad hoc officium destinatus, qvi propterea *Electorum* titulo gaudet.
g) *Aur. Bull. Car. IV.Imp.cõ- cluſ.31.lit. D.Arum. diſcurſ. 6. de J.P.Slei dan. l.1. Hiſtor. ſub Anno 1519.* §. 14. *Forma Electionis* consistit in suffragatione s. voto. Qvæ si pendet ex libero Electorum arbitrio, dicitur *electio libera* s. voti liberi. Qvalis est in Regno Poloni-co & Danico. (e) Si verò ex conventione Regni ad certas familias, personas vel LL. est alligata, dicitur *electio adstricta* s. voti restricti. Sic Electio Regis Israëlitici alligata erat ad familiam Israeliticam. (f) Sic Electio Imp. Germani ad nationem Germanicam est adstricta. (g) Qvær. *An peregrinus debeat eligi?* Resp. Fieri posse, si Electio sit libera, certum est. Sed non tam expedit, qvam licet. Nam *alienigenam Dominum nemo lubens patitur, & placidius est suis parere.* (h)
h) *Curt.l.7*
i) *Lipsius l. 2.& 3. civ. doctr. per tot.Schõborn.l.2.c. 9.Wendel. l.2.Pol.c.2 Timpl.l.2. c.2. Keck. l.1.Syst. Pol. c.2.* §. 15. *Subjectum electionis* est persona qvæ ad sceptra tuenda eligitur, in qvâ primò ac principaliter spectari debent bona interna, ut Pietas, Probitas, Prudentia & Amor ergà subditos. Minus principaliter ac secundariò bona externa, corporis & fortunæ v.g genus, sexus, ætas, forma, robur, potentia, divitiæ &c. De qvibus fusius alii. (i)
i)

§. 16.

§. 16. Constitutionis hujus, ſ. illa fiat per ſucceſſionem, ſ. per electionem, concomitantia ac conſequentia ſunt [1.] *Juramenti depoſitio*, qvo ſeſe perſona electa ad LL. Imperii fundamentales obſtringit. Priſcis qvidem temporibus injurati admittebantur, nemine in tanto faſtigio ſcelus præſumere auſo. Prolabentibus autem in contrarium moribus hominum, magiſtratus ac ſubditi certis LL. & conditionibus invicem paciſci cœperunt, eademqꝫ pacta juramento confirmârunt, qvæ cum ſint honeſta, juri divino ac naturali conſentanea, & Reip. ſalutem ac libertatem ſpectantia, nihil qvicqvam Majeſtati detrahunt. [2.] *inauguratio*, in qva fit Solennis confirmatio & qvaſi renovatio electionis præcedentis; cujus ſolennia apud diverſas gentes diverſa fuerunt. (*k*) eaqꝫ libera. [3.] *Homagii præſtatio*, qvâ ſubditi mediante juramento fidelitatem & obedientiam promittunt, qvæ tamen tacitam involvit exceptionem ſc. rerum impiarum, inhoneſtarum ac illicitarum. Qvær. *An etiam magiſtratui impio & Scelerato obſeqvium debeatur?* A. Vitia enim perſonæ non tollunt officium.

k) *Alex. ab Alex. l.* 1. *Gen. dier. c.* 28. *Thol. l.* 6 *de Rep. c.* 20.

CAPUT

Respond. Petrus Pirch, Nob Prussus.

§. 17. Sic constitutus Magistratus summus justè ac prudenter debet *administrare* Remp. qvod fit exercendo jura Majestatis, tàm pacis, qvam belli tempore.

§. 18. *Administratio* ergo alia est *togata*, alia *sagata*, alia *utrumq; tempus* concernit.

§. 19. *Togatæ administrationis medium* sunt *Leges*, qvarum *Necessitas* summa est. Nam ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. (a) *Vinculum Lex est, qvo Resp. cohæret, & Spiritus vitalis qvem Civitas trahit, nihil ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens illa subtrahatur.* (b) *Qvemadmodum enim homines absq; mutuâ societate vivere non possunt, ità nec societas ulla tuta vel diuturna esse potest absq; LL.* (c)

a) *Arist. l. 1 Rhet. c. 3.*

b) *Seneca l. 1. de clem.*

c) *Plat. l. 3. de LL.*

§. 20. Leges autem hic consideramus non divinas, nec naturales, nec positivas speciales s. fundamentales, sed *positivas communes*, qvæ sunt *decreta ab eo qvi habet S. P. posita & promulgata ad salutem civium*.

§. 21. Leges has Majestas *ponit*, positas *promulgat*, promulgatas vel *immutat*, vel *exsequitur*.

§. 22. Cir-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0092
DFG

§. 22. Circà *positionem LL.* seqventia sunt observanda, ut ponantur tales LL. qvæ [1.] pietati, rectæ rationi & prudentiæ sunt conformes. Qvod si enim evidenter stultæ ac absurdæ fuerint, subditos non obligant in conscientia. In impiis qvoqs & injustis justam obedientiæ exceptionem habent subditi. *Nulla* enim *est lex*, (nullam inducit obligationem) *qvæ aliqvam rem iniqvam fieri velit.* (*d*) [2.] ut concipiantur *de rebus, qvæ plerumqs fiunt*, non qvæ raro & fortuito contingunt. Nam τύχης νομοθέτης ἀδὲις ἱκανὸς ἄρχειν. (*e*) [3.] *de rebus possibilibus.* Ultrà posse enim nemo obligatur. [4.] *de publico bono*, non privato. Undè Cicero: *Constat profectò, ad salutem civium, civitatumqs incolumitatem, vitamqs omnium qvietam & beatam conditas esse LL.* (*f*) *Qvod commune est, connectit civitates, qvod singulorum, dissipat; qvare & publicè & privatim utilius est, ut publica magis qvàm privata curentur.* (*g*) Ergò *publica prodendo tua neqvicqvam serves.* (*h*) Nam *Moderatori Reip. beata civium vita proposita est.* (esse debet) (*i*) [4.] ut sint simplices, breves, paucæ, perspicuæ, moribus, locis, temporibus ac personis accommodatæ. [6.] ut ferantur iis, qvi subjectionis nexu Legislatori tanqvam magistratui de-

d) *Cicero de Rhet.* *l.* 1.

e) *Plato l.* 8. *de LL.*

f) *l.* 2. *de LL.*

g) *Plato l.* 4 *de LL.*

h) *Liv. l.* 26

i) *Cicero l.* 5. *de Rep.*

vinciuntur, & qvi naturalem intelligendi ac præstandi LL. facultatem habent, qvales non sunt v. g. infantes, furiosi &c.

§. 23- Leges positæ anteqvam obligent cives, in eorum notitiam perveniant, necessum est. Qvomodo enim eos obligabunt, qvi ab observantiâ earum invincibili qvâdam ignorantiâ præpediuntur? Solemni ergo eâq; plenâ opus est *promulgatione*. Qvær. *An scriptura essentialiter reqviratur ad legem promulgandam?* Aristoteles ita: (*k*) γεγραμμένων ἢ ἢ ἀγράφων οὐδὲν ἂν δόξειε διαφέρειν. Rectius meo judicio faciunt, qvi distingvunt inter esse & bene esse. Reqviritur qvidem Scriptura in lege, non qvoad simpliciter esse, sed qvoad melius esse, ut eo melius in hominum notitiam deveniat, & salubrius adversus inobedientes allegari possit. Hinc R. A. zu Wormbs (*l*) §. Es sollen auch unser Stadthalter. *ibid.* unsere Ordnung und declaration außzusuchen/ zu rubriciren und drukken zu lassen/ Versehung thun/ damit man des Wissens/ und sich ein jeder desto baß darnach zu richten habe: auch Irrung und Versäumniß/ so bey männiglich auß unwissenheit erwachsen/ fürkommen werde. Plura de hâc Qvæstione scripserunt alii. (*m*)

§. 24 Non ergò *præcisè* reqviritur scriptura.

k) l. 10. Nicom. c. 10.

l) de anno 1521.

m) Wurms in J. p. exerc. 7. th. 14. Arum. exerc. 1. Inst. th. 16. Reink. de R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 5

ptura; Publicatio tamen & promulgatio requiritur solennis, facta signo externo infallibili, *sermone*, vel *scripto*. Modus promulgandi cujusq; populi legibus, consvetudine & moribus determinandus est. Optimus est, cum LL. vel scriptæ, vel excusæ in publicis ordinum populi conventibus proponuntur, annexis breviter legum latarum causis.

§. 25. Legem latam & promulgatam subditi merè tales respuere nequeunt, si omnem planè potestatem in summum magistratum contulerunt, sibiq; nihil reservârunt. Quod si tamen *evidenter* publico bono contraria est, intercedere possunt apud Principem, ut eam vel corrigat, vel immutet, aliàs sese acceptaturos esse negent.

§. 26. Acceptata autem Lex, vel consensu s. expresso s. tacito (quando major populi pars sciens non contradicit) vel ipso usu approbata, obligationem gignit moralem, vel ad obedientiam, vel ad pœnam. Quær. *An LL. humanæ etiam in conscientia obligent?* Negant id nonnulli. (n) Affirmant alii. Et affirmantium *quidam directè* eas obligare conscientiam statuunt. (o) *Quidam indirectè*. (p) Meo judicio lex humana pia & honesta obligat in conscien-

n) *Vasq. quæst. ill. c. 28. n. 14.*

o) *Adam. Conzen. l. 5. c. 8. n. 15.*

p) *Thol. l. 8 de Rep. c. 2. n. 5. König. l. 2. Theatr Pol. c. 4. Azor. Inst. Moral. l. 5. c. 6. part. 1.*

tia, non directè, qvatenùs humana; sed indirectè, qvatenùs humani Legislatoris po-
q) *Rom.* 13, testas divinâ nititur auctoritate. (q)
5. §. 27. Obligatio Legis cessat, qvando lex immutatur. *Immutatio* autem legis est vel *totalis*, vel *partialis*. Illa vocatur *abrogatio*: Hæc vel est proprie, vel impropriè dicta: Prior *Dispensatio*; Posterior *benigna interpretatio* appellatur.

§. 28. *Abrogatio* Legis est, cum Lex aliqva prorsus tollitur, idq; vel *expressè*, per surrogationem novæ legis: vel *tacitè*, per consvetudinem.

§. 29. *Qvoad priorem*, certum est, posse Majestatem LL. & à semetipsâ, & à prædecessoribus latas abrogare. Legum enim humanarum natura est, ut á voluntate hu-
r) *Bodin.* manâ pendeant, non in origine tantùm,
l. 4. de Rep. sed etiam in duratione. Qvær. *An æqvum sit*
c. 4. Schön- & *Reip. expediat?* Negant nonnulli. (r)
born. l. 3. Alii asserunt. (s) Dico: [1.] Leges, si qvæ á
c. 9. prædecessoribus latæ fuerunt impiæ, ini-
s) *Casus l.* qvæ, non necessariæ & inutiles, non sal-
2. Sphær. tem licet, sed expedit eas abrogare, *absq;*
civ. c. 6. q. *vi* tamen, & *leni nisu*, ne LL. ipsæ contem-
5. Conzen. tui propinentur, magistratus auctoritas
l. 5. c. 13. imminuatur, & populus ad seditionem
Danæus l. excitetur. [2.] Si qvæ leges satis æqvæ vi-
3. Pol. c. 4. dentur, ad Reip. statum tamen minus sunt

accom-

accommodæ, nonnisi id svadeat urgentissima necessitas, abrogandæ sunt, & sub dictis limitationibus. Nam *ii hominum tutissime agunt, qvi præsentibus moribus, legibusq; etsi deteriores sint, minimum variantes Remp. administrant*, inqvit Alcibiades. (t) Hinc Locrenses tàm graviter mutationem LL. oderunt, ut si qvis novam legem ferire vellet, juberetur illud facere collo in laqveum inserto, qvò, si lex videretur bona, ejus author incolumis abiret; si displiceret, laqveo ei gula frangeretur. (u)

t) *Thucyd. l. 6.*

u) *Dem. in orat. in Timocr.*

§. 30. *Qvoad posteriorem*, certum qvoqvè est *consvetudinem* habere vim abrogandi legem, si illa rationabilis sit, si antiqvitate & summi magistratus non contradicentis patientiâ suffulciatur. *Rectissimè illud receptum est, ut LL. non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnino per desvetudinem abrogentur.* (x)

x) *l. 32. ff. de LL. cõf. Arum. exerc. 1. Inst. th. 21. Ungepaur. Exerc. Just. 2. q. 8 Conzen. l. 5. Pol. q. 19.*

§. 31. *Dispensatio* est, cum vinculum legis circà personam aut factum singulare relaxatur, manente de cætero lege. Qvod si Majestas legem in totum abrogare potest, multò magis eam in certo casu circà certam personam relaxare poterit. Utrumq; tamen cavendum, nisi causa ad minimum probabilis subsit, v. g. cum meritũ aliqvod vel aliud qvid personam com-

mendat &c. Inprimis autem dispensatio locum habet in istiusmodi delictis, qvæ per ignorantiam, qvamvis culpa omni non carentem, aut per animi infirmitatem, superabilem qvidem, sed difficulter superabilem committuntur.

§. 32. Dispensatio durabilis alio nomine vocatur *Privilegium*, non qvatenus hæc vox notat qvamvis legem de privo s. singulari homine latam, (y) sed qvatenus est prærogativa & indultum Majestatis beneficio concessum. Neq; enim nisi summus Magistratus privilegia concedere potest. Ubi tamen cavendum est 1. ne nimia privilegia subditis concedat, cùm usu compertum sit, nimia privilegia perpetua contentionis & litium semina inter subditos (z) & magistratum sparsisse. (z) 2. ne sine gravi causa privilegia concedat. 3. ne contra jus & in præjudicium aliorum privilegia donet. (a) 4. ut privilegia aliqvibus concessa, si vergant in perniciem Reip. & bonum publicum impediant, per legem pragmaticam casset & revocet. 5. ne permittat, ut qvod privilegium immunitatis ex gratia concessum personale est, in hæredes transeat, ne reliqvi sibi injuriam fieri clamitent, & hæredes hâc immunitate nisi ad turpissima qvæq; dilabantur. 6. ut, si privile-

y) *Cicero l. 3. de LL. Gellius l. 9. Noct. Att. c. 29.*

z) *Cominæ l. 8. comm. Froissard. l. 2. Hist. de occas. bell. Flandr.*

a) *Andr. Geil. 2. obs. 141. Azor. l. 5. Inst. Mor. c. 24. q. 8. part. 1.*

vilegium alicui conceſſit, ob aliqvam perſonæ, rei vel officii qvalitatem, finitâ illâ qvalitate revocet.

v. 33. Imperfectè dicta LL. immutatio complectitur ἐπανόρθωμα τῶν νομίμων δικαίων tàm extenſivum, qvàm reſtrictivum, qvod ſuffultum eſſe debet æqvitate, & vocatur *benigna LL. interpretatio*, qvâ caſus ſingulares, deficiente, vel excedente ſententiâ legis ad mentem ſ. intentionem Legislatoris aptantur, & declaratur, caſum hunc ab initio mente legis fuiſſe, vel non fuiſſe comprehenſum. Non enim ſtrictè verbis LL. inhærendum, nec nimis temerè ab illis recedendum, ſed in caſu ambiguo ita ſunt interpretandæ LL. ne indè abſurdus aliqvis oriatur intellectus.

§. 34. Eſt autem Interpretatio hæc vel *ampliativa* vel *reſtrictiva*.

§. 35. *Ampliativa* eſt, cum lex qvidem eſt ſpecialis, ſed qvia ratio legis generalis eſt, ideò etiam ſit generalis ejus interpretatio, propterea, qvod æqvitas in paribus cauſis paria jura deſiderat, & caſus, in qvibus rationis identitas militat, jure non cenſeantur diverſi. (*b*) Ubi tamen cum nemine litigabimus, an potius intenſiva & comprehenſiva hæc correctio appellanda ſit, qvam extenſiva, cum videatur ſtante ra-

b) *l. gener. ff. de Fideju ſſ.*

tionis identitate, non posse dici fieri extensionem, s. interpretationem de casu ad casum, sed casum illum vere ac proprie comprehendi sub dispositione. (c) Utrumque enim diverso respectu asseri potest.

c) *Roland. à Vall. cōs. 72. n. 39.*

§. 36. Restrictiva est, cum lex quantumcunq; generaliter loqvens restringitur vel secundum alias LL. specialiter loqventes, vel secundum naturam subjectæ materiæ, rerum, personarum &c. vel qvod maximè, secundum ipsam legis rationem. Non autem restringi vel ampliari debent LL. nisi æqvitas & Reip. salus flagitet.

§. 37. Utraqve est vel *Authentica*, vel *Usualis*, vel *Doctrinalis*. *Illa* fit ab ipso Legislatore, qvando super novâ lege noviter emergit dubitatio. Eiqve refragari nefas est. Unusqvisq; enim suorum verborum optimus Interpres. *Ista* ex usu, observantiâ & consvetudine LL. desumitur. Nam *diuturna consvetudo pro jure & lege, in his, qvæ non ex scripto descendunt, observari solet.* (d) *Hæc* à Jurisperitis ex ipsa arte & doctrina Juris eruitur, qvæ eatenus recipitur, qvatenus menti Legislatoris analoga est & ex ipsis LL. fontibus, non ex cerebri cujusvis lacunâ prodiit. Mens autem Legislatoris colligitur ex causa impulsiva & finali.

d) *l. 32. & 33. ff. de LL l. 2. C. qvæ sit long. cons.*

§. 38.

§. 38. Hæc de LL. in genere. In ſpecie Leges aliæ ſunt *Eccleſiaſticæ*, aliæ *Politicæ*.

§. 39. *Eccleſiaſticæ* ſunt, qvæ concernunt curam Eccleſiæ. Qvær. *An Magiſtratui Politico cura regiminis Eccleſiaſtici incumbat?* A. propter exempla *tùm* Sacra; (*e*) *tùm* profana. (*f*) Qvær. *An Clerus ſit exemtus à poteſtate ſeculari?* Qvoad res merè & vere ſpirituales A. cum Theologis. (*g*) Qvoad temporales; N. Nam Aaron Moſi tanqvam civili magiſtratui obedivit. (*h*) Et ipſe Chriſtus magiſtratui in civilibus ſe ſubjecit. (*i*) Accedit Catholica Apoſtoli adhortatio: (*k*) *Omnis anima ſubdita ſit magiſtratui.* Ubi minimè audiendus eſt cum dictatibus ſuis Hildebrandus, qvi vocem *animæ* interpretatur *hominẽ animalem* i. e. Laicum: Somnium hoc eſt craſſi cerebelli Papiſtici, qvod vel inſomnes ſomniârunt Papicolæ. Apoſtolum n. adhibuiſſe ἰδιωμα ἐβραίων, & animam poſuiſſe pro homine, me qvoq; tacente ſatis conſtat.

§. 40. LL. Eccleſiaſticæ *vel* concernunt conſtitutionem magiſtratus Eccleſiaſtici, ejusq; conſervationem; *vel* exercitium cultus divini externi: *vel* bonorum Eccleſiaſticorum diſpenſationem: *vel* Eccleſiæ inſpectionem.

§. 41. *Primi generis* hæ ſunto: Magiſtra-

e) *Joſ.* 3. 5. 2. *Sam.* 6. 20. 21. 1. *Reg.* 23. 2. *Chron.* 17.

f) *Dion. Halicar. l.* 1. & 2. *Ant. Tacit. l.* 3. *Ann. Fl. l.* 1. *c.* 2. *Thuan. l.* 1. *Hiſtor.*

g) *Gerh. in L. de Mag. Pol. Bald. de caſib. conſc. l.* 4. *c.* 12. *caſ.* 13. & 14.

h) *Exod.* 4. 15. *c.* 32. 21.

i) *Matth.* 17. 27.

k) *Roman.* 13. 1.

stratus Ecclesiasticus 1. præficiat Ecclesiæ (ipsâ consentiente) Orthodoxos DD. de qvorum & in Religione sinceritate, & in vitâ integritate minimè dubitatur. Qvær. *An ipse Princeps munus Ecclesiasticum in se suscipere possit?* N. ad vitandam confusionem Statuum. *Dices:* obstat exemplum Melchisedeci & Mosis. Resp. *illius* typica; *hujus* extraordinaria & temporaria fuit administratio. 2. ministris de necessariis prospiciat, ne à partibus officii sedulo exseqvendis ad curam victus se convertere cogantur. 3. Pastorem seditiosum, qvi vel enormibus delictis publicũ præbet scãdalum, vel hæretica dogmata pertinaciter propugnat, ab officio removeat, & idoneum ministrum illi surroget, cõsentiente Ecclesiâ. 4. Academias & Scholas fundet, qvæ sunt seminaria Ecclesiæ & Reip. Inq; illis docentibus prospiciat de honestis salariis, discentibus qvietem procuret, utrisq; immunitatẽ ab oneribus publicis, defensionem & patrocinium præstet. *Secundi generis LL.* Magistratus debet ferre exemplo Davidis (*l*) Josaphati (*m*) &c. Caute tamen, & qvidem 1. non proprio nutu, sed consulto prius Ministerio Ecclesiastico. 2. non temerè & inconsultè, immutando res adiaphoras in Ecclesia receptas, & usum qvendam habentes, ne Ecclesia turbẽtur

l) 1. *Par.* 13, 5. 23, 6.

m) 2. *Par.* 19, 8.

tur. 3. non præscribendo Ecclesiæ ministris LL. cum officio ipsorum pugnantes, v. g. qvod non debeant vitia auditorum liberius taxare, hæreticorum errores nominatim perstringere &c, *Tertium genus* reqvirit, ut probatæ fidei ac industriæ curatores s. provisores constituat, qvi bona Ecclesiastica ad honestos & necessarios usus convertant, sc. ad sustentationem ministrorum, exulum, ægrotorum, & egenorú alimentationem, ob religionis professionem, aliamve justam causam captivorum λύτρωσιν, ædium sacrarum exstructionem & restaurationem &c. *Qvartum genus* absolvitur partim annuis visitationibus, qvas magistratus per viros idoneos, præsertim Ecclesiasticos, instituere debet, partim Synodicis conventibus, ubi adhiberi debet Consilium Minist. Ecclesiast.

§. 42. Qvær. *An expediat Magistratui diversarum Religionum exercitium liberè permittere?* N. Qvia diversitatem Religionum sæpissimè dissensionum amplam materiam fuisse, usu compertum est. (*n*) Qvær. *An Magistratus diversas Religiones jam introductas tolerare debeat?* Resp. Si Magistratus sine Reip. periculo & turbatione mutare vel tollere non potest Religionis discrepantiam, ad publicam tranqvil-

(*n*) *Sleidan. l. 19. comm. Phil. Hon. de inter. regn. Pol.*

qvillitatem tolerare debet dissentientes; qvod fecisse legimus Impp. Constantem, Theodosium, Gratianum, Jovinianum &c. (o) Qvær. *An Hæretici sint capitali supplicio afficiendi?* A. si sunt extremè blasphemi, & totius Ecclesiæ pacem ex merâ ἐπι χαιρεκακίᾳ atq; animi malignitate insanabili perturbant, nec ullum datur commodius & mitius Politicæ coërcitionis medium. Qvær. *An subditi ad fidem, vel certam Religionis formam sint cogendi?* N. qvia fides persvaderi vult, non cogi, & nihil tâm voluntarium esse debet, qvam Religio. Ut taceam, illam intempestivam severitatem præter ὑπόκρισιν nihil efficere.

§. 43. *Leges Politicæ* vel sunt *forenses*, vel *disciplinares*.

§. 44. *Forenses* vel *circa judicia* (de qvibus *seq. cap.*) vel *circà commercia* occupantur. Ubi Qvær. *An Mercatores in Rep. bona sint tolerandi?* A. ità tamen, ut coërceantur, ne ea, qvæ luxui inserviunt, in civitatem importent, sed ea, qvæ necessitas desiderat. Qvær. 2. *An Monopolia privata ordinariè in Rep. toleranda?* Qvæsitum negant plurimi, iiq; gravissimi Viri. (p) Ego Aff. Si Monopolita paratus sit aliis æqvo pretio vendere. Tunc enim non interest, àqvo

o) *Socrat. l. 3. Histor. Eccl. c. 25. & l. 5. c. 2.*

p) *Junius part. 3. Pol qvæst. 102. Keckerm. l. 1. Pol. c. 14. Hœnon. Disp. 5. Pol th. 99. l. A. Althus. c. 32. Pol. n. 21. & seqq. Besold. l. 1. Pol. c. 12. §. 26. Anti-Mach. l. 3. de regn. administr. Theor. 32.*

à qvo ematur, qvod desideria naturæ explet. *Dices:* is cæteris lucrum prævertit. Resp. licitum id est, si justa causa subsit, imprimis si desint, qvi sumtus eo nomine faciendos habeant. Aliud tamen dicendum est, si ob utilitatem publicam legibus civilibus nonnunqvam hæc coemtio prohibeatur. Qvær. *An usuræ in Rep. sint tolerandæ?* A. Si non sint mordaces, & si personarum, modi ac finis habeatur ratio. (q) q) *Vid. Höffner. in Pf. 15.*

§. 45. *LL. disciplinares* sunt, qvæ circa ea domanda occupantur, qvæ mores ac disciplinam turbare solent.

§. 46. Mores autem & disciplinam turbant præprimis duo vitia, *Otium & Luxus.*

§. 47. *Ad tollendum Otium* curabit Magistratus, ut cives qvotannis coram censoribus doceant, undè vivant, & otiosis honestæ occupationes demandentur (r) qvò omnis è Rep. tollatur ἀπεργμοσύνη (s) Nam qvi otiari gestiunt, societati humanæ s) *Bodin.* sunt inutiles, undè fiunt vel mendicantes, vel fures & latrones. (t) Hinc apud Ægyptios & Sardoes qvisq; cogebatur coram Præside demonstrare, unde viveret, si id non fecisset, aut non legitimè vixisset, morte mulctabatur. (u) Idem Draco statuit. (x) Qvam legis duritiem posteà mitigavit

r) *Plato l. 11. de LL. Camer. l. 1. c. 16.*

s) *Med. Hist. l. 5. c. 2.*

t) *Scip. Amirat. l. 2. discurs. 16.*

u) *Æl. l. 4. Herod. l. 2.*

x) *Plut. in Solon.*

gavit Solon, infamiâ otiosis injectâ, & privatione bonorum, si ter otii convicti essent. (y) Atq; in id vitii diligenter inqvisierunt Areopagitæ. (z) Hinc Cleanthes protractus ad judicem, & rogatus, undè viveret, hortulano apud qvem operas locabat, & muliere, apud qvam farinam pinsebat, testibus absolutus est. (a) Græci otiosos cæno ac palude merserunt, crate superjectâ (b) Et meritò. *Otiosus enim est terræ pondus, & segnities ad illicitos actus impellit.* (c) Otiosis agglutinari merentur validi ac sani illi mendicantes, qvi nescio qvid sæpè secretioris morbi causantur, ut liceat illis impunè ostiatim stipem colligere. In hos severissime animadvertet Magistratus, eosqve vel ad honestos labores coget, vel urbe ejiciet. Sunt enim veluti fuci alienis victitantes laboribus, ipsi interim alto otio indormientes. Qvos laudabile Belgium in ergasteria colastica (Zucht-häuser) trudit. Severissimam in tales mendicantes pœnam statuit Plato (d) Franci qvoq; illis, nisi manibus operentur, qvicqvam dari prohibuerunt (e) Aliter sese res habet cum personis verè miseris, qvibus unde vivant, non habent. Horum enim usui in servire debent Ptochotrophia, Orphanotrophia, Nosocomia, Xenodochia, Geron-

y) *Pollux l. 8.*
z) *Val. M. l. 2. c. 1.*
a) *Laërt. in Cleant. c. 7*
Atheneus l. 4. c. 20.
b) *Tacit. de mor. Germ.*
c) *Novel. 80. c. 5.*
d) *l. 12. de LL.*
e) *Beat. Rhenan. l. 2. rer. Germ.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0106
DFG

Gerontocomia &c. Qvę proinde ædificanda, privilegiis donanda, & idoneis curatoribus instruenda.

§. 48. *Luxus* plerumq; se exserit vel *in conviviis*, vel *in vestibus*. Curabit ergo Magistratus 1. ne *luxus mensæ profusis sumtibus exerceantur*. (*f*) Nam talis sumtuosus conviviorum apparatus mox egestatem parit, & æs alienum, ac multarum miseriarum in Rep. causa est. *Victus autem frugalitas & temperantia publica à multis malis & vitiis Remp. liberat*. (*g*) Qvem in finem Romani certas *LL. sumtuarias* condiderunt (*h*) 2. ne vestitus sit indiscretus & ullo modo luxuriosus, s. in materia, s. in forma, s. in affectatâ qvâdam novitate & inusitata varietate. Hunc in finem condi possunt *LL. vestiariæ*. (*i*) Qvær. *An Lupanaria in civitate sint toleranda?* N. qvia sunt luxuriæ instrumenta.

f) *Tacit. l. 3. Ann.*

g) *Polyb. l. 6.*

h) *Rosin. l. 8. Ant. Rom. c. 13.*

i) *vid. Alex ab Alex. l. 5. gen. dier. c. 18. Gerh. Dec. 5. qq. Pol. 5.*

CAPUT III.

De Magistratibus Inferioribus.

§. 49. HActenus de LL. sanctione & varietate. Sed, *Qvid LL. sine moribus vanæ proficiunt? qvid tristes qverimoniæ, si nõ supplicio culpa reciditur?* (*a*) LL. ergò non saltem ponendæ, sed & exseqvendæ sunt. Sine executione sunt *qvod campanæ aut*

a) *Horat. od. 24. l. 3.*

nolæ

b) *Bodin. l. 3. de Rep. c. 1.*

nolæ sine pistillo. (b) Hæc LL. exsecutio fit per magistratum, qvi propterea *lex animata* dicitur. Cum autem S. Magistratus executioni LL. solus non sufficiat, necesse est, inferiores Magistratus creet (qvorum creatio est alterum jus Majestatis) qvi cives ad LL. observantiam cogant, refractarios coërceant. Qvod fieri neqvit, nisi potestate juris dicendi & exsequendi armentur, ex qvâ omnibus æqvaliter justitiam administrent. Qvæ tamen potestas dependet & communicatur à Majestate.

§. 50. *Est* ergò *Magistratus officialis ordinarius, ab eo, qvi habet summam potestatem, constitutus, ac juris dicendi & exsequendi potestate instructus, ut justitiam omnibus ex æqvo administret.*

§. 51. Hujus notatur tùm *constitutio*, tùm *forma*.

§. 52. In *Constitutione* pensitanda veniunt tria, *constituens, constituendus & constituendi modus.*

§. 53. *Constituens* est is, qvi habet S. P. Magistratuum enim inferiorum creatio est ex præcipuis juribus Majestatis. (c)

c) *Dion. Hal. c. Ant Rom. l. 6. c. 58.*

§. 54. In *constituendo* spectandæ sunt dotes tum internæ, tùm externæ: *Internæ* imprimis sunt, Pietas, Prudentia & civium Amor. *Externæ* sunt bona corporis & for-

fortunæ, qvæ tamen nonnisi prioribus inserviunt.

§. 55. Qvær. *An, qvi magistratum ambiunt, sint constituendi?* Ambitum damnant Plato (*d*) & Aristoteles. (*e*) Distinguo inter ambitum, qvi oritur, vel ex levitate & præfidentia, vel ex ambitione & avaritiâ, & eum, qvi hoc fini fit, ut qvis in notitiam aliorum veniat, ac promtitudinem inserviendi declaret. Hi posteriores ambientes indistincte rejici non debent, si habiles sunt ad gerendum magistratũ, qvæ habilitas cognoscenda est anteà. Qvær. *An qvis invitus ad magistratus officium compelli possit?* A. si [1.] argumentis svasoriis omnia fuerint pertentata, nihil tamen effectum, [2.] ut qvi cogitur non habeat parẽ in virtutibus talem personam decentibus. [3.] ut cogatur, urgentissima necessitas & Reip. salus efflagitet. [4.] nec gravissimam habuerit excusationem, qvæ desumitur vel à gravedine senii ad gerendum magistratum inepti, vel à continuâ corporis ægritudine. Qvær. *An Magistratus perpetuus ambulatorio præferendus sit?* Apud Romanos magistratus non fuisse perpetuos, Autor est Gothofredus. (*f*) Qvod idem apud Venetos obtinet. (*g*) Annuus primò fuit. Postea Jure civili constitutum, ut per biennium

(*d*) *l. 7. de Rep.*
(*e*) *l. 3. Pol. c. 7.*
(*f*) *ad Epil. Novel. 15.*
(*g*) *Bodin. l. 4. de Rep. c. 4.*

(h *Novell.* 15. c. 1. i) *l. c.* k) *Schönb. l. 2. c. 3. Danæus l. 6. Pol. Christ c. 5.*

nium duraret. (h) Bodinus (i) & alii (m) distingvunt inter statum Monarchicum & Polyarchicum. In *illo* perpetuos; in *hoc* temporales magistratus laudant. Mihi perpetui placent, cum prudentia usu comparetur. *Seris autem venit usus ab annis.* Qvo diutius ergò officio suo præerit Magistratus, eò prudentiori curâ omnia administrabit. Accedit, qvod omnis mutatio sit periculosa, & ferè non in melius, sed in pejus dilabatur. Censeo tamen prudenti arbitrio & judicio Magistratus summi varias circumstantias personarum, potestatis, loci & temporis pensitantis hoc committendum esse. Qvær. *An uni plures sint committendi magistratus?* N. nisi [1] sit defectus aliorum huic oneri subeundo parium [2.] nisi sint officia subordinata [3.] si tunc oneribus sint pares.

§. 56. *Modus constituendi* apud varias gentes varius fuit. Nos eum populi cujusqve LL. ac moribus dijudicandum censemus. Sorti tamen extrà ancipites casus electionem præferendam esse indubitati asserimus.

§. 57. Constitutus Magistratus, ne injuratus, in officio tyrannice vel fraudulenter versetur, juramento adstringendus est.

§. 58. Juramento depositio potestatem habet

habet juris dicendi & exſeqvendi, in qvâ conſiſtit formalis ejus ratio.

§. 59. Poteſtas hæc abſolvitur duobus actibus, qvorum alter eſt juris explicativus: alter juris exſecutivus. Ille *jurisdictio*; hic *Imperium* vocatur.

§. 60. *Jurisdictio* ſtrictè accepta *eſt poteſtas Publica de cauſis, tàm civilibus* (hinc civilis) *qvàm criminalibus* (hinc criminalis) *cognoſcendi & juris reddendi.*

§. 61. Duos ergò actus complectitur Jurisdictio, nempe 1. *actum cognoſcendi cauſas.* 2. *actum cauſas cognitas dijudicandi.*

§. 62. Cognitionem cauſæ antecedunt & comitantur ſeqventia: Accuſatio, (niſi ex officio inqviſiverit judex) rei debita citatio, editio actionis ex ſcripto vel non ſcripto, litis conteſtatio, in caſibus gravioribus & maximè dubiis, utriusq; partis diſceptatio, facta per exceptiones, replicas, duplicas, &c. Ex his fluit cognitio cauſæ, qvę omnium circumſtantiarũ & particularium notitia ex variis interrogatoriis orta debet eſſe veſtita. Qvær. *An Judex concedere debeat prolixas utrinq; diſceptationes?* N. *Oportebit Judices litigatores, ne ſumptibus ac longinqvitate temporis attenantur, citò dirimere.* (*l*) Undè certum tempus litibus dirimendis præfixit Imp. Juſtinianus

l) *Novell.* 149. *c.* 1.

 m) In-

(m) Interim nec nimis festinare debet Judex, qvia legitimus ordo & processus cognitionis impeditus judiciorum labes est & noverca. (n)

§. 63. Cognita causa *dijudicatur* per sententiæ dictionem, cujus considerabimus tùm *modum*, tùm *normam*.

§. 64. *Modus* judicandi apud diversas Gentes diversus fuit. Meritò præfertur ille, qvi fit *vivâ voce*, qvippe qvâ omnium optimè interna animi sensa exprimuntur.

§. 65. *Norma* judiciorum debent esse *Leges*. (o) Hinc Judici & Adsessoribus Cameræ Imperialis præscriptum est, ne ex proprio arbitrio, & affectatâ conscientiâ, sed ex LL. probatis consvetudinibus & statutis jus dicant. (p) Qvær. *An Judici liceat à LL. recedere, & secundum æqvitatem sibi visam pronunciare?* Resp. 1. *Æqvitas legalis*, qvæ in ipsis LL. visceribus intimè inclusa est, strictè seqvenda est, nec si ea haberi potest in emergente facti specie, alia LL. interpretatio est exsculpenda. *Qvorsum enim attinebat LL. scribi, si Judicibus liceret recedere à jure scripto, & suo arbitrio æqvitatem fingere?* (q) 2. In casibus v. singularibus, ubi vel deficere, vel excedere videtur Lex, Judex benignam ejus correctionem adhibere debet, de qvâ suprà. (r)

Qvær.

m) l. 13. C. de Judiciis
n) Plato l. 6. de LL.
o) Inst. de off. Jud. in princ. l. 40 ff. de judic. l. 1. §. sed & si qvis ff. de falsis Nov. 24. c. 2. & 149. c. 1.
p) Ord. Cam. part 1. Tit. 13. in pr. Geil. 1. obs. 36. cõf. Cothm. cons. 29. n. 70. vol. 3.
q) Melãchr in Epit. Phil. Mor.
r) cap. præc conf. Oldendorp. de Jur. & Æqvit.

Qvær. *An Judex veritatem ex actis & probatis apparentem, an verò conſcientiam in judicando ſeqvi debeat?* Nonnulli (*ſ*) prius. Alii (*t*) poſterius probant. Ego cenſeo, Judicem præcisè eſſe adſtrictum ad acta, niſi in conſcientia eſt evictus obſtare veritatem actis. Qvod ſi infallibiliter novit facti circumſtantias, & acta contrarium docent, ut conſcientiam ſuam exoneret, ſecundum eam, non ſecundum acta judicabit. Aliàs enim excuſari poſſet Pilatus, qvi Chriſtum ſecundum acta, ſed reclamante conſcientiâ (*u*) damnavit.

§. 66. Sed cùm ſæpè contingat, ut judices vel malè informati, vel muneribus corrupti, vel affectibus privatis in transverſum rapti male pronũcient; hoc unum ſupereſt remedium, qvod ab illorum ſententia decretoria appellare licet ad ſuperiorem Judicem, qvi ſi ſupremus eſt, habet jus extremæ provocationis. Sic Romæ olim, cum poteſtas penes populum, auctoritas penes Senatum reſideret, *ſi qvis Romanus Magiſtratus aliqvem vel capite plectere, vel virgis cædere, vel pecuniis multare vellet, licebat privato homini ab illo magiſtratu ad populi judicium provocare, nec interea magiſtratui licebat in eum animadvertere ullo modo, donec populus de eo ſuffragiis ſtatuis.*

ſ) *Cujacius l.12. obſ.19. Horn. l. 4. Eth. c. 4. n.10. Wendelin. l.1. Phil. Mor. c.30.*

t) *Vasq. 1. illuſtr.cõtr 14. Ægid. Str.cent.2. qq. Eth. Dec 4.q.10 Arumæus diſp.10.Pãdect.th.24 Hotom. illuſtr. qv. 17.Hœnon. qq. illuſtr. Jur. diſp. 23. q.18. Ungepaur. exerc.Juſt 16.q.9.*

u) *Marc. 15,10.*

x) *Dion. Halic. l. 5. Ant. Rom.*

y) *l. 2. cl. 2.* c. 15.

z) *l. 2. §. 16. ff. de orig. Juris.*

statuisset. (x) A judicio autem extremæ provocationis non nisi ad judicium reviforium provocare ex clementia datur, qvod qvomodo & in qvibus casibus fiat, docet Reinking. (y)

§. 67. Sententiam justè latam exseqvi debet Judex, qvæ exsecutio vocatur *Imperium.* Qvod pro diversitate causarum diversum est. Causa civilis reqvirit Imperium mixtum: Causa criminalis imperium merum.

§. 68. *Imperium mixtum est potestas exseqvendi sententiam latam in causis civilibus.* Dicitur *mixtum,* qvia cum Jurisdictione ità conjunctum est & copulatum, ut alterum sine alterius operâ regulariter vix expediri qveat.

§. 69. *Imperium Merum est potestas exseqvendi in causis criminalibus.* Vocatur *merum,* qvia olim à simplici Jurisdictione separatum erat. Populus enim Romanus sibi soli totum illud jus reservabat, & nolebat de capite civis Romani alium qvam totum populum statuere posse. (z) Hodiè ferè jus gladii & Imperium merum Jurisdictioni cohæret, sic ut omnes Domini territoriales territorii jure regulariter merum Imperium in suis terris exerceant, observatâ tamen distinctione inter *Jurisdictio-*

tionem altam s. superiorem, Ober- oder Hohe Gericht/ & *Bassam* s. inferiorem, Unter- oder Nieder Gericht. (a)

a) *Reink. de R. S. & E. l. 2. cl. 2. c. 17. n. 43. seqq.*

§. 70. Criminibus *pœnam* irrogare debet Judex, qvò mali dignum factis supplicium luant, cæteri verò exemplo deterriti meliores evadant. *Pœnæ* autem sunt vel *capitales* v. g. rota, crux, suspendium, decollatio, crematio &c. Vel *non capitales* v. g. infamia, relegatio, dignitatis privatio, bonorum confiscatio, damnum s. mulcta pecuniaria, carcer &c.

§. 71. Universim autem in irrogandis pœnis Judex seqventia tenebit 1. ne facilis sit in remittendis pœnis, ne prætermissa animadversio honorem levet, neve alii impunitate allecti liberius peccent. Dices: *qvid, si pœnitentiâ ducantur?* Resp. non tamen impunitas concedenda est. Nam vel pœnitentia potest esse ficta, vel si maximè vera, sic qvivis malefacta sua hoc modo se impunè laturum sperabit. Dices; *Qvid, si hoc ipso præcidatur spatium ad pœnitendum?* Resp. Providebit pius magistratus, ne qvisqvam ad supplicium rapiatur, nisi dato tempore, qvo peccata agnoscere, & seriò detestari possit. Potest tamen Judex pœnam remittere vel temperare, si urgentissima sit ratio, putâ, si persona pœna af-

ficienda ex merito aliqvo insigni, vel aliâ re commendetur, si magna meritorum spes affulgeat, si absq; seditione publicâ supplicium sumi neqveat &c. 2. ut ἀπροσωπολήπτως pœnas infligat. Qvær. *An omnis προσωπολημψία judicialis sit illegitima?* N. *Illegitima* illa est, qvando judex externas personæ qvalitates v. g. consangvinitatem, dignitatem, opulentiam, munera &c. intuetur. *Legitima* est, qvando 1. aliqvas conditiones in justitia & æqvitate fundatas respicit v. g. pietatem, obedientiam, contumaciam &c. 2. qvando aliqvas personæ vel circumstantiarum conditiones intuetur, ita cum causa connexas, ut eam legitimè vel aggravent, vel elevent. Hoc modo Judex sacrilegium gravius punit, qvam simplex furtum. 3. ne qvem puniat ultrà meritum. Exacta enim debet esse culpæ & pœnæ proportio. Undè graviora & freqventiora scelera gravius sunt punienda; contumacia enim ex sese delicta aggravat. 4. ut ætatis qvoq;, sexus, eductionis & aliarum circumstantiarum rationem habeat. 5. ne nudè delictum, sed simul vitæ qvod præcessit, respiciat. 6. ne nova, eaq; inusitata pœnarum genera excogitet, qvò crudelitatis notam effugiat. Qvær. *An furtum debeat puniri suspendio?*

Sunt,

Sunt, qvi affirmant. (*b*) Alii negant. (*c*) De *furto simplici* non facile concesserim. De *furto iterato* verò concedo. Qvippe, in qvo pœnam aggravat contumacia, & sæpè etiam perjurium. Qvær. *An carnifex famosum ex præscripto Judicis decollans, sit homicida?* Resp. *Physicè*, sed non *moraliter*.

b) Meisner disp. 17. inst. th. 6. (c) Danæus l. 2. Eth. Christ. c. 15. Ant. Matt. disp de pæn. furt. Amæs. l. 5. cas. consc. c. 51. q. 1.

CAPUT IV.

De Consiliariis.

§. 72. HActenus de *Ordinariis*; nunc de *extraordinariis* summi Magistratus *officiariis* qvoqve agendum erit: qvorum alii *Consilio*; alii *auxilio* Remp. coadministrant. *Priores* ab officio vocantur *Consiliarii*; ab ætate, qvæ huic officio maximè idonea est, *Senatores*. Qvær. *An melius sit, ut Princeps solus Reip. consulat, qvàm ut consiliarios adsciscat?* Prius nonnémo statuit (*d*) sed frustrà. Sæpè enim contingit, *Principem suâ scientia non posse omnia complecti* (*e*) cùm *magna negotia magnis adjutoribus egeant*. (*f*) Tutissimum ergo est ut alios in partẽ curę adsumat, imitatus hâc in parte Tiberium, qvi *suam mentẽ solam tantæ molis incapacẽ esse dixit, propterea qvod arduum & fortunæ subjectum esset regendi cuncta onus, adeoq́; plures facilius munia Reip.*

Respond. Johannes Ganßwind/ Elbing. Prussus.

d) Machiav. c. 23. de Princ. e) Tacit. l. 3. Ann. f) Vellej. Paterc. l. 2

sociatis laboribus (consiliis) *exsecuturos.*

g) *Tacit. l. 1. Ann.* (g) Accedit, qvod Magistratus, qvi absqve consiliariorum subsidio omnia disponere conatur, apud subditos notam superbiæ vix effugiat. Undè Livius. (h) *Regem, si de sua unius sententia omnia geret, superbum hunc judicabo magis, qvam sapientem.* Expedit autem ut Princeps ipse consiliariorum suorum consiliis intersit, qvò improbi refrœnentur, ne factiones & rixas moveant; boni autem ad fidelius & diligentius consulendum excitentur.

h) *lib. 44.*

§. 73. *Consiliarius est officialis extraordinarius, consilio Reip. proficuo Principem in administratione adjuvans.*

§. 74. Consiliarium anteqvam eligat Princeps, attendere debet, an etiam instructus sit bonis *tùm* internis, *tùm* externis.

i) *Prov. 1.*

§. 75. Inter *Bona interna* eminent. 1. Pietas. Hæc enim *est Principium sapientiæ.* (i) 2. Probitas & fides. *Optimus enim qvisq; fidelissimus est.* (k) 3. Prudentia. Nam *Prudentis maximè hoc opus est, benè consulere.* (l) Prudentiæ autem fons est. [1.] *eruditio,* ex variis DD. tàm vivis, qvam mutis hausta. *Non enim solum pulcrior comtiorq; per doctrinam fit virtus, sed fortior: nec colorem modò ab illâ ducit, sed sangvinem & robur.* (m) Hinc Horatius; *Doctrina sed vim promovet*

k) *Plin. in Paneg.*

l) *Arist. l. 6. Nicom. c. 7*

m) *Lips. select. Epist. 16. cent. 1. cōf. Thom. Companel de Mon. Hispan. c. 9*

movet insitam, rectiq; cultus pectora roborat. (*n*) Imprimis Historiarum cognitio multum adjuvat. (*o*) [2.] *accurata Reip.* cui consilio præesse debet, *notitia.* Nam, *ad* (*p*) *consilium de Rep. dandum caput est nosse grini in sollicitudinem Reip. sint advocandi?*

n) *l. 4. carm. od. 4*

o) *Comin. l. 3. comm. Remp.*

p) *Cicero l. 2. de orat.*

Non sanè videtur, qvia statum Reip. non exactè noverunt. Accedit, qvod peregrinorum fides non est satis cognita. Qvid fiet autem si illi omnia, vel ad principum nutum, vel ad proprium commodum referant? Adde, qvod si exteri præferantur indigenis, exindè nova discordiæ civilis fax incendatur, cùm indigenæ ægrè ferant, se exteris postputari. Undè elegantèr Lipsius: (*q*) *Ut, in qvam domum vespillones veniunt, signum est funeris: sic Reip. labentis, ad qvam fulciendam adhibentur peregrini.* Nec tamen indistinctè peregrini arcendi sunt à consiliis, ne hostilia molianrur, eò qvod se contemni sentiant. Sed hoc agendum 1. ut pauci sint, ne numerum incolarum vel exæqvent, vel exsuperent. 2. ut probitas & fides eorum anteà sit explorata. [3.] *perfecta ætas* cum perfecto vegetoq; judicio. Nam *seris venit usus ab annis.* **Der Verstand kompt vor den Jaaren nicht.** *Qvibus corpus annis est infirmum,*

q) *in not. ad l. 3. Pol. c. 4.*

firmum, illis ingenium ſapientiâ validum eſt.

r) *Salluſt. in Catil.* (r) Qvær. *An ſenilis ætas neceſſariò in conſiliario reqviratur?* Videtur ſic, *cum* qvia inconſultus eſt juvenilis fervor: *tùm*, qvia in illam ætatem non cadit auctoritas, qvæ tamen ad ſvadendum plurimùm valet. Accedit, qvod *in juvenibus qvidem robur eſt, in*

ſ) *Ariſt. l. 7. Pol. c. 9.* *ſenibus prudentia.* (ſ) Svaſerim ego, ut ſenibus adjungantur juvenes, virilem propemodum ætatem attingentes, qvò muneri benè conſulendi adſvefiant, & de arduis informentur. Delectus tamen habendus eſt. [4.] *variæ & imprimis novercantis fortunæ experientia.* Verè enim qvæ nocent, docent. Undè Mithridates: *Mihi fortuna multis rebus ereptis uſum dedit benè ſvadendi.* (t) Contrà, *non temerè adverſa caſuum reputat, qvem fortuna nunqvam decepit.* (u) [5.] *naturalis ἀγχίνοια*, qvæ tamen non nimis ignea eſſe debet, ne novandis potius, qvam gerendis rebus aptior ſit. (x) Qvos igneos Lipſius (y) acricuculos appellat, & ab iis directam judicii normam abeſſe dicit, idq; probat exemplo Machiavelli & Clementis VII. Papæ.

t) *Salluſt. in fragm. conſ. Liv. l. 35.*
u) *Liv. l. 30.*
x) *Curt. l. 4.*
y) *l. c.*

§. 76. *Externa bona* non niſi cæteris paribus reſpici debent, ut ſuprà monitũ. (z

z) *cap. præced.*

§. 77. Penſitatis ita probè perſonæ conſtituendæ qvalitatibus, ipſa conſtitutio ſeqvitur,

qvitur, cui connectitur *à parte constituentis* privilegiorum concessio, ac si bene: præmiorum commendatio: Si malè officio functi fuerint, pœnæ interminatio. *A parte mox constituendi* juramenti depositio, qvo promittit, se consulturum de his, qvæ Reip. proficua futura videbuntur.

§. 78. Constitutus ità Consiliarius officium suum, à qvo nomen habet, legitimè exseqvetur.

§. 79. *Officium Consiliarii* tribus temporis differentiis circumscribitur, tempore actum consulendi præcedente, comitante & conseqvente.

§. 80. *Antè consultationem* reqviritur. 1. ut ardentissimis Deum suspiriis fatiget, qvò in consultando mentem dirigat, & ea, qvæ Reip. sunt salutaria suggerat. *Nihil enim ritè, nihilq; providenter homines, sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicantur.* (*a*) 2. ut, anteqvàm consulter, scopum sibi præfigat publicam salutem, non privatum commodum. Nam *privatæres semper offecêre, officientq; publicis consiliis.* (*b*)

a) *Plin. in Paneg.*

b) *Liv. l. 22*

§. 81. *In consultando* qvædam *observabit* Consiliar. qvædam *vitabit.*

§. 82. *Observanda* erunt seqventia 1. *Libertas in consulendo*, ut fortiter, non qvasi ob

si obnoxiè consulat, nec *Placentiam* versus, sed *Veronam* iter dirigat, rejiciendo illud Harpagi: *Mihi placet, qvicqvid Rex facit.* Egregiè Lipsius: (c) *Certamen plerumq; adulationis est, & dant se non magno alicui solum, sed his, qvi magni apud magnum. Placentini aut Laudenses ferè hoc totum genus, pauci Veronenses. Inter hos tu esto: & scito liberè te semper cum Rege loqvi posse, sed non de Rege.* Libertas tamen modestiâ contemperanda est, qvod docet Hephæstion apud Curtium, qvi solus libertatis in admonendo Alexandr. jus habebat, qvod tamen ità usurpabat, ut magis à Rege permissum, qvàm vindicatum ab eo videretur. 2. *Tarditas in consulendo.* Nam βελεύεσθαι δεῖ βραδέως, (d) καὶ ἐφ' ἡσυχίας. (e) *Bona* enim *Consilia morâ valescunt.* (f) *Nihil autem magni discriminis consiliis tàm inimicum, qvàm celeritas.* (g) Qvod tamen ad casus ancipites & arduos non est extendendum, qvibus sæpè cunctatio periculosa est & noxia. 3. *consilii certitudo* Omnis à consiliis ambiguitas abesse debet. *Nec enim laudandi sunt illi, qvi veri copiam non faciunt: sed suspensa, & qvò ducantur inclinatura respondent.* (h) 4. *Consilii utilitas & exsequendi possibilitas.* Aliàs frustrà & in vanum consulitur. Et Princeps magis se deludi, qvàm instrui putabit.

c) *in notis ad lib. 3. Pol. c. 5.*

d) *Arist. l. 6 Nicom. c. 9*

e) *Dem. 1. Phil.*

f) *Tacit. l. 1. Hist.*

g) *Liv. l. 31.*

h) *Tacit. l. 11. Annal.*

§. 83.

§. 83. *Vitanda* autem sunt Consiliario seqventia 1. *audacia & temeritas.* Nam *consilia calida & audacia primâ specie læta sunt, tractatu dura, eventu tristia.* (i) 2. *nimium consvasoribus contradicendi studium.* Hinc enim discordia, qvæ qvantum bonis consiliis obstet, docet exemplum Julii Classiciani, qvi Svetonio discors, *bonum publicum privatis simultatibus impedivit.* (k) 3. *nimium assentandi studium.* 4. *nimia celeritas.* 5. *affectuum*, iræ, odii &c. *dominium.*

(i) Liv. l. 35.

(k) Tacit. l. 14. Annal.

§. 84. *Post consultationem* commendatissima sibi habebit Consiliarius hæc tria. 1. *Constantiam.* Turpis enim & fœda est illa vacillatio sententiam mutantium, incertæ mentis certissimum signum. Qvær. *An expediat consilii immutatio?* A. si vel noxium sit, vel improsperum. Qvin etiam ad eventus & tempora accommodanda & sæpius inflectenda sunt consilia. (l) 2. *Taciturnitatem.* Nam sicut cuniculi detecti nocent, sic Principũ secreta in vulgꝰ edita hostes potius, qvam illos instruunt. Consum (qvem Consiliorum Deum Romani arbitrabantur) Romæ aram habuisse subterraneam, ut significaretur, consilia occulta & qvasi subterranea esse debere, memorat Rosi-

(l) Plato l. 10. de Rep.

Rosinus. (*m*) Apud Persas qvoqve silentii Numen in consiliis cultum est. (*n*) Romana curia tanto silentio obsepta fuit, ut *non dicam unum, sed neminem audisse crederes, qvod tàm multorum auribus fuerat commissum.* (*o*) Elegans est illud Metelli Macedonici, cui dicere solenne fuit, se interulam, qvæ consiliorum suorum conscia foret, corpori direptam, in ignem conjecturum (*p*) 3. *exseqvendi consilii promtitudinem*: ne occasionem per longam moram elabi patiantur. Sed δεῖ πιεῖν τὰ δόξαντα μετὰ σπουδῆς (*q*) & πράττειν δεῖ ταχὺ τὰ βουλευθέντα, (*r*) Nam, *Fronte capillata est, post hæc occasio calva.*

m) *l.11. Ant Rom.*
n) *Amm. l.12. Forstn in not. ad Tacit. l.2.*
o) *Val. M. l.2.c.2.*
p) *Idem l. 5.c.4.*
q) *Demost. l.c.*
r) *Arist. l.c*

§.85. Qvær. *An Consiliarius non vocatus in senatum venire teneatur?* A. Si necessitas & Reip. salus evidenter postulet. Qvær. *An Consiliarius in sessionem ire teneatur, si ea tractatum iri sciat, qvibus salvâ conscientiâ assentiri non possit?* A. Id enim reqvirit & juramentum præstitum & officii ratio. Plura hâc de re alii. (*s*)

§.86. Hæc de Consiliariorum officio. Sed facilè perierit omnis salubrium Consiliorum liqvor, nisi aptum qvoddam vas sit, in qvod instillet. Consulentem ergo informari qvoq; necesse est. Et in genere qvidem benignè audiat suos Consiliarios Prin-

s) *Keck. discurs. de consil. & consult. pr. 7. Middendorp. qvæst Pol. 82.*

Princeps. In specie seqventia Lipsii monita observet: (t) ut 1. maturè deliberet. 2. audiat cum judicio, attamē sine pertinaciâ. 3. sententiam suam celet. 4. libertatē in consulendo admittat. 5. sine discrimine audiat, & nec bona qvidem consilia præmiis adficiat, ne qvis spe adipiscendi à verò deflectat; nec mala suppliciis, ne desint qvi svadeant, si malè svasisse periculo sit. 6. ardua & implexa consilia, qvibus impar est, fato Guevam permittat. 7. spernat genus illud domestici consilii, qvod per pravam prudentiam non nemo sibi sumit.

t) *l. 3. Pol. c. 8.*

§. 87. Qvær. *An consultum sit Principi, prædecessoris sui Consiliarios absq; causa dimittere?* Sic nonnulli (u) volunt. Sed recte negant alii. (x) Nam *Præsagium Principum ruinæ nullum certius est, qvàm ubi Deus ingentem illis ità imminuit, ut sapientum consiliis & bonis consiliariis repudiatis, provehant homines novos, stolidos, vecordes & assentatores, qvi omnia ad ipsorum gratiam faciant & loqvantur.* (y)

u) *Mach. l. 3. de Rep.*
x) *Andr. Rey. in discurs. de Consil. diff. Mach. l. 1. Theor. 2. & 9. Gerh. Dec. 4. q. 7*
y) *Comin.*

§. 88. Pro varietate rerum, de qvibus Consilia capiuntur, varii qvoq; sunt Consiliarii. Hinc alii Ecclesiastici, alii Politici. Et Politici alii Aulici, alii Camerales, alii Nautici, alii Consistoriales, alii Militares &c. de qvibus alii. (z)

l. 5. comm.
z) *Hippol. à Coll. tr. de Consil. Alth. c. 27. Pol.*

a) *Sigon. de Rep. Hebr. l. 7. c. 5. 6. 7.* b) *Alth. c. 33. Pol. n. 39. 40. 41. 42.* c) *Sigon. de Rep. Att. & Lac. Xenoph. de Rep. Lac. Plutarch. in vit. Lycurg.* (d) *l. c.* (e) *l. 1. cl. 5. c. 8*

§. 89. Cæterum, cum Consilia de rebus maximè arduis, & vel totam Remp. vel plures, potioresve ejus partes concernentibus, tàm Ecclesiasticis, qvam Politicis sunt capienda, has res deferri expedit ad Oecumenica Comitia & generales Regni conventus. Qvorum usus est antiqvissimus. Viguit enim apud Hebræos, (a) Romanos, (b) Græcos (c) Processum Comitiorum hodierni Imperii Romani vide apud Althusium (d) & Reinkingium. (e)

CAPUT V.

De Legatis.

§. 90. Consiliarium excipit *Legatus*. Sicut enim *ille* consilio; sic *hic* auxilio Remp. adjuvat, eoq; extraordinario.

§. 91. *Legatus est officialis extraordinarius, qvi à S. Magistratu mittitur, ut negotium publicâ authoritate peregrè agat.*

§. 92. Summus ergò Magistratus habet jus mittendi Legatum.

§. 93. Cæterùm in eligendo Legato non minus providus esse debet Magistratus, qvam in eligendo Consiliario. Inprimis ad seqventia respicere debet, 1. ut is qvi constitui debet Legatus, sit *munificus*, ne infrà dignitatis intuitum parcus sit.

Nec

Nec etiam nimis profusus, ne ærarium illiberali profusione exhauriat, seq; ipsum in æris alieni indecora nomina præcipitet. 2. *Temperans*, ut ab illicitis voluptatibus, illicitâ Venere abhorreat. 3. *Sobrius*. Nam Vinũ sensim capiti illapsum totum hominem in jus suum rapit, & secreta expectorat. 4. *Comis, non morosus*. Morosa n. & fastuosa ingenia irritandis crabronibus, qvam sopiendis aptiora. Nec tamen Comitate dissolut⁹ esse debet, ne infra suum, aut alterius meritum se incurvet. 5. *gratus excipienti*. Ad gratitudinem autem conciliandam literæ credentiales s. commendatitiæ Legato à Principe tradi solent. 6. *non adulator*. Veritas enim & sinceritas sunt vinculum humani commercii. Nec Legatus est tanqvam conductitius præco, qvi ad alterius voluntatem & voluptatem omnia refert. 7. *Religionis, vestis & urbanitatis patriæ tenax*. Inprimis in omni vestium cultu ita se componat, ut neq; tenuitate vilis, nec elegantiâ fastuosus & effœminatus appareat. 8. *Eruditus*, inprimis in Historiis versatissimus. 9. *Eloqvens*. Mercurii enim sunt Legati. Mercurio autem tribuitur Caduceus, à cadendo sic dictus, qvod eloqventiæ interventu omnes controversiarum

nimbi cadant. Oratio autem suâpte indole placere debet, non affectata, nec turgida, nec spumantibus verbis exundans esse 10. *Facetus, non dicax.* Iis abstineat proverbiis, dicteriisve, qvorum qvidem sententia bona, sed verba sordibus vulgi, aut scurrilitate qvâpiam inqvinata sunt: item, iis, qvæ in alicujus vituperium torqveri possunt. 11. *Lingvarum peritus*, inprimis, ejus Gentis, ad qvam mittitur, si fortassis Interpretis copia negetur, 12. *peritus lectionis scriptionisve*, ut expedite legere ac scribere sciat cujusvis idiomatis genus, non inelegantis modò, sed etiam distorti, ipsosq; characterum nexus & compendia noscat, ne secreta & simul ignorantiam suam periculo exponat. 13. *Prudens.* Cujus virtutis fontes alibi (*a*) aperui. 14. *intrepidus in expediendis mandatis*; sic tamen, ut modestiam qvandam ipsa libertas habeat, & à Svadâ dicentis fastus ac ferocia absit. 15. *Temporarius*, ut locis, personis & temporibus sese ac sermonem suum possit attemperare, & sibi tamen constare. 16. *Lentè festinans*, ne qvid per socordiam prætermittatur, qvod actum oportuisset, aut temerè agatur, non prævisum. 17. *Circumspectus*, totus Argus, totus oculeus. 18. *Memor*, ne eorum facilè obliviscatur, qvæ respon-

a) cap. præced.

sponsa sunt. Qvæ tamen si memoriâ forte non possit omnia complecti, in codices suos ut referat, svaserim. 19. *Astutus*, ut possit cavere, ne aliorum captionibus circumveniatur, neve ambiguis sermonibus seducatur. Ipsa autem pacta & pollicita sua sic formet, ut Principi suo semper portæ pateant, qveis evadere possit integer... 20. *Vemx*, ne falsum adstruat in perniciem alterius. Veritatem interim celare potest, qvod si feciſſe deprehenditur, ignorantiæ aut oblivionis velum prætexendo à se probrum removeat. 21. *Simulando ac dissimulando tectus*, qvando nempe rerum ponderi imbecillitate suâ non sufficit. Sed non nisi cum vulpe vulpinetur, & dolum dolo, præsertim publicæ salutis intuitu, eludat. 22. *non nimium fidens*. Peccat enim qvi fidendo facilis est, laudemvè à stupido candore ambit. 23. *Felix*. Virtute fortuna stringitur, qvæ regit omnia & Legati felicitas est. Hæc fusè & insigni Exemplorum congerie proponit *Frid. de Marselaër*. (*b*) Cujus vestigia (qvia is omnia ferè habet, & ex eo Recentiores sua ad verbum mutuati sunt) in hâc materia seqvar, & qvæ Author hinc inde confusè disjecit, certâ Methodo disponam, mea qvoqs, ubi videbitur, interseram...

b) *Tr. de Legat. l. 1.*

§. 94. Qvær. *An præstet unum eligere Legatum, an verò plures?* Resp. Meo judicio unus Principalis deligendus est, cui adjungi possunt alii minº principales. Qvær. *An præstet Legatus annuus, an perpetuus?* Ego perpetuas Legationes, qvippe sumtuosas, molestas, & veteribus non adeò frequentatas plane non laudandas censeo. Hodiè autem cum vigeant, caveat Princeps, ne nisi ob exploratum & immedicabile scelus Legatum honore suo submoveat. Qvod si tamen in turpitudinem deflexit Legatus, surrogato alio, evocari potest, sed non tanqvam ad pœnam, ne ex dubio ministro fiat apertus hostis. Qvær. *An uni plurium legationum functio simul sit committenda?* N. Si illustres fuerint legationes, ac majoris momenti, nec invicem negotiorum qvâdam communione connexæ.

§. 95. Electus Legatus in fidem & obsequium Principis sui jurabit, qvò arctius obstringatur ad rem præclarè expediendam.

§. 95. *Electionem* Legati sequitur *Missio*, qvam antecedit *Instructio*; qvæ si ambigua est, vel obscurioribus verbis involuta, (qvod fieri nonnunqvam solet, eo fine, ut securior sit Legatio, neqve cujuslibet sensui

sensui obvium mandatum,) Legatus opportunis cum Principe congressibus & accuratis consultationibus ad mentem ejus animumq; penetrabit, placidè tamen ac modestè.

§. 79. *Instructio* debet esse *mandataria*, eaqve *scripta*, præsertim in illis negotiis, qvæ sunt tanti ponderis, ut dicta, factaqve Legati firmanda sint auctoritate mandatorum, item in odiosis, qvæ lectu, qvam dictu leniora videntur.

§. 98. Mandataria instructio est, qvæ fit per *mandata*. Mandata autem qvædam sunt *manifesta*, qvædam *occulta*: qvædam *stricta*, qvædam *libera*. *Manifesta* sunt, qvæ illos non latere vult Princeps, ad qvos Legatum mittit. *Occulta* sunt, qvæ etiam Legatos, vel his exceptis, cæteros omnes latent. Nonnunqvam enim ultrà id, qvod Instructionis litera sonat, latet aliqvid secreti & ænigmatis, qvod dicitur *Retentum Curiæ*. Mandata *stricta* sunt, qvibus certa Legato negotia jubentur, exseqvendi formâ vel liberâ, vel limitatâ. Libera forma est, qvæ agendi modum agenti committit. Limitata est, qvæ verba ipsa, ordinemqve præscribit. Et hæc ne latum qvidem ungvem transilienda sunt. Alias Legatus videbitur Dominum negligere, vel

ſuo poſtputare judicio. Qvin etiam puniri poteſt Legatus, qvi hæc mandata transgreditur. *Libera* mandata ſunt, qvæ plenariam poteſtate negotia expediendi Legatorum dexteritati, fidei & felicitati permittunt. Sed qvò laxiora dantur mandata, eò vir cordatus ſe arctius adſtrictum exiſtimabit. Ejusmodi etiam mandata eam includunt Interpretationem, ut qvi mandavit, non aliter, qvam ſi pro fide res gerantur, mandaſſe ac ſenſiſſe intelligatur.

§. 99. Pro negotiorum autem Varietate inſtructio qvoq; varia eſt. Ut de Bello, Pace, deditione, induciis, ſeditione ſedandâ, nuptiis, affinitatibus, fœderibus, & auxiliis, culpæ aut calamitatis deprecatione, ſolamine, congratulatione, odii incitamento, munerum latione, principatus acqviſitione, confirmatione &c. Qvæ omnia preſſim proſeqvitur Marſelaër. (c)

c) l. c.

§. 100. De literis hiſce inſtructoriis. Qvær. *Qvid faciendum ſi in itinere perierint?* Principi id manifeſtet Legatus, ut extrà culpam ponatur. *Qvid ſi laceræ & deformes ſint?* Petat ſibi per Secretarios aut Graphiarios curiæ reſcribi, laceras ſe reſtituturum promittens, ubi redierit.

§ 101. Legato mandatis inſtructo danda eſt *Fidei teſſera* ſ. literæ commendatitiæ, ad

ad eum, ad qvem mittitur, ut admittatur. Alioqvi contingat forsan, admitti illum, qvi ne ab eo, cujus nomen mentitur, qvidem notus est.

§. 102. Ita instructus Legatus, antequam itineri sese dedat, prospiciat sibi de comitatu, eoq; honesto & celebri, qvi tamen ita moderandus est, ut nec contractior sit, qvam vel mittentis, vel ejus ad qvem fit *legatio*, dignitas postulat: nec rursus ita exorbitans, ut oneri magis qvam honori utriq; sit. Qvær. *An Legatus debeat Corycæos secum ducere?* A. ut per eos exploret locorum, temporum & hominum conditionem.

§. 103. Comitatu ornatus Legatus, priusqvam se itineri accingat, (nî clanculum proficiscî prosit,) svaserim, ut placet sibi Lares viales, *transitusq; veniam* impetret à Domino loci, qvi tùm non gravatè indulgebit eam, dummodò non conduxerit negasse, & adjunget hospitalitatis obsequium. Alioqvin temerarium est, inconsulto non confœderato, vel hoste ejus solum transire.

§. 104. Qvær. *An Legatus in alieno territorio delinqvens possit puniri?* A. (*d*) Præstat tamen leviora delicta dissimulare, aut Legatum finibus excedere jubere. Qvod si

d) vid. Ern. Cothman. respons. 32. n. 29. vol. 5.

gravius est crimen, & ad publicum malum spectans, mittendus erit Legatus ad eum qvi misit, cum postulato, ut eum puniat, vel dedat. Qvær. *Qvid faciendum Legato, si dum est in itinere, vel is à qvo mittitur Princeps, vel ad qvem mittitur, moriatur?* Resp. Subsistendum est, & alia exspectanda sunt mandata. Qvær. *An, si Legatus in viâ necessarium impedimentum acceperit, aliqvem è comitibus vicarium eligere possit?* N. nisi Princeps in antecessum permiserit, inprimis si mandata sint secretiora.

§. 105. Adveniens Legatus, qvamprimum innotuerit, pro conditione negotii, & qvalitate tùm propriâ, tùm mittentis, honorificè *excipiendus* est.

§. 106. Exceptionem seqvitur *Admissio*, (præter officiosam ac publicam, qvæ fit in atrio aliqvo maximè decoro,) secreta & negotiosa, qvæ fit in conclavi interiori: qvam Legatus debito modo petet.

§. 107. Legatos debere admitti jus Gentium docet. (*e*) Nonnunqvam tamen rejici potest Legatus, si justa rejectionis causa adsit. Qvæ causa peti potest, *vel* ex eo, qvi mittit, putà, si sit armatus, perfidus &c. Sic Totilæ sæpe perfidi legationem rejecit Justinianus. (*f*) Et Carthaginensium Senatus

e) *Liv. Decad. 3. lib. 1.*

f) *Procop. lib. 2. & 3.*

tus Romanus, propterea, qvod exercitus e-
ratan Italia. (g) *Vel* ex eo qvi mittitur, pu- g) *Liv. l. 41*
tà, si anteà denunciatum sit, eum, si mitta-
tur, pro hoste fore, ut Ætolis à Romanis
est denuntiatum. (h) *Vel* ex eo, ob qvod h) *Liv. l. 4.*
mittitur, ut si causa mittendi vel suspecta & 27.
est, (i) aut non ex dignitate, nec tempori- i) *2. Reg. 18*
bus conveniens. (k) k) *Liv. l. 32.*

§. 108. Cæterùm Legatus, ut difficul- *Sallust. in*
tatem admissionis expugnet, prudentiam *Jugurth.*
& comitatem miscebit, præsertim, si cum
potentiore opus ei est. Nonnunqvam &
importunitatem junget, & modò per mi-
nistros, modò per codicillos admissionem
flagitabit, qvæ si & tùm protrahi pergat, pa-
ri libertate discessum suum pro usu Lega-
tus indicabit.

§. 109. Protenus autem ac admissus est
Legatus, tàm in accessu, qvam in abscessu
Jure Gentium est *inviolabilis*, (l) tùm qvo- l) *Liv. Dec.*
ad suam *personam*, tùm qvoad *comites*, tùm *l. l. 1. & l. 5.*
qvoad *bona mobilia*. *Sallust. l. c.*

§. 110. *Personam* Legatorum esse in-
violabilem probatur. Nam, *si qvis Lega-*
tum hostium pulsasset, contrà jus Gentium id
commissum esse existimatur, qvia sancti ha- m) *l. ult. ff.*
bentur Legati. (m) Hinc Tacitus (n) jus in- *de Legatis.*
violabilitatis Legatorum vocat *fas gen-* n) *l. 1. Ann.*
tium. Et Seneca inqvit: *Violavit Legatos*

rupto

rupto Gentiumjure. (o) Ac Curtius. (p) Caduceatores contra jus Gentiũ à Tyriis occiſos & in altum præcipitatos eſſe memorat. Qvær. *An, ſi Princeps læſerit admiſſum Legatũ ejus Principis, apud qvem ſuum habet, jure talionis is poſſit lædi?* Æqviſſimum eſſe videtur talionis æqvilibrium, qvod & confirmat exemplum Davidis. Non qvod perfidia perfidiâ puniri debeat, ſed qvod is alterum ab obligatione liberet, qvi conditionem, qvam pacta includunt, fallendo transgreditur. Sed omnino hæc controverſia judicio Noſtri H. Grotii erit decidenda, qvi ita: (q) *Jus Gentium non tantùm mittentis cavet dignitati, ſed & ejus, qvi mittitur, ſecuritati: qvare cum hoc qvoq; tacitè contrahitur. Huic ergò fit injuria, etiamſi ei, qvi miſit, nulla fiat:* Non igitur magnanimè tantùm, ſed & ex Jure Gentium Scipio, qvi poſtqvam Legati Romanorum à Carthaginenſibus malè eſſent habiti, ductis ad ſe Carthaginenſium Legatis, & qvid fieri deberet interrogatus, reſpondit, *nihil tale, qvale factum eſt à Carthaginenſibus.* (r)

§. III. Tamdiu autem Jus non violandorum Legatorum valet, qvoad ipſi jus Legationis ſervant. Nam, qvi jure abutitur, ejusdem patrocinio indignus eſt. Qvær. *An, ſi Legatus violet jus Gentium, punien-*

o) l. 3. de im. c. 3.
p) lib. 4.
q) l. 2. de Jur. P. & B. c. 18. n. 7.
r) App. de qvale factum eſt à Carthaginenſibus. Bel. Pun. Liv. l. 30.

niendus sit? Resp. Si atrocius est crimen, svaserim, ut remittatur ad eum, cujus est, securiori stipatus custodiâ, cum postulato, ut ipsum vel puniat, vel dedat. Si autem Principis ipsius consensu aut consilio deliqvit, nisi Potentioris iram veretur Princeps alius, retinere potest. Nam qvando aliqvis deliqvit, *Jurisdictioni ejus subesse intelligitur, in cujus ditione deliqvit*. Accedit, qvod connivebit, verisimiliter, qvi & ipse culpæ reus est.

§. 112. Inviolabilitas hæc se qvoq; extendit ad *Comites Legati*. Æqvissimum enim est, oneris socios, honoris qvoq; esse potitores. Dices; *Qvid si gravius deliqverint?* Resp. Postulari a Legato poterit, ut eos dedat. Si renuit, idem agendum cum illis, qvod cum Legato.

§. 113. Privilegium hoc qvoq; participant *bona Legati mobilia*, qvæ non saltem à vectigalium & portorii exactione libera esse, sed nec ullo retentionis aut repressaliorum titulo sisti vel detineri debent. Dices; *Qvid si debitum contraxerit?* Resp. Ipse amice compellandus erit, & si detrectet, is, qvi misit, ità ut ad postremum usurpentur ea, qvæ adversus debitores, extra territorium positos usurpari solent.

§. 114. Admissus itaq; & hoc ipso Gentium

tium jure inviolabilis Legatus coram ipso Principe (qvem, nisi morbo, vel aliis necessariis impedimentis adstrictus fuerit, ne alterum contemnere videatur, ipsum decet mandata Legationis excipere,) *Mandata enunciabit*, absq; calumnia, absq; atrocitate & verborum immodestiâ, idq; vernaculo, non exotico idiomate. Dices; *Qvid si idioma Legati non calleat Princeps mandata excipiens?* Resp. Legatus debet intelligere idioma excipientis, vel necessario malo Legatus Interpretem adhibebit, eumq; spectatæ fidei. Optimum est, ut is qvi mittit Legatum, Interpretem qvoqvè unà designet.

§. 115. *Dictionis character* virilis & sententiosus sit, decenti corporis habitu expressus, sine affectatione concinnus, non superstitiose coactus, aut strictim circumtonsus, sed qvasi ab animo profectus, ipsâ rerum & veritatis energiâ securus. Et qvidem omnis dictio in compendium trahenda est, ne superfluis divagationibus aures onerentur. Moderata tamen dicendi brevitas sit, ne ea, qvæ necessaria prolatû sunt, silentio prætereantur.

§. 116. Legato audito *respondebit* Princeps. Qvod si ambiguum tulerit responsum, nec aliud impetrare poterit, petet, ut scri-

scripto comprehendatur. Sic enim obscuritatis calliditas in Authorem recidet: cui cautioni locus præcipuus erit, qvando infausta domum referenda sunt, ne ore Legati primum ea innotescant. Responsum autem minax, superbumve neutiqvam se renuntiaturum constanti animo profiteri Legatus debet.

§. 117. Interim *per literas* certiorem de Responso Principem suum faciet Legatus. Qvod si interdum literis locus non est, ingeniosâ scribendi ratione sermonem teget; ne secreta, vel infortunio, vel incuriâ, vel astu deprehensa aperiantur. Ut autem hæc occulta scripta eò certius ad Principis manum pertingant, per diversas vias & personas rectè transferri curabit.

§. 118. Peractâ Legatione *reditum* maturabit Legatus, non tamen citra expressam Principis sui veniam. Ne autem invisus exteris adhæsisse, aut hospitalitatis immemor esse videatur, tum, ut minus suspicionis, minusqvè qverelæ post se relinqvat, abituriens Urbico Magistratui & Principi supremum Vale precetur, & pro acceptis obseqviis laudes gratiasvè agat, seq; addicat. Qvær. *An Principe insalutato possit discedere?* N. nisi hostilia in personam suam perpetranda præscit.

§. 119.

§. 119. Discessuro Legato *lautia* dari solent, s. munera. Qvær. *An Legatus ea debeat accipere?* Negant id nonnulli. (*s*) Alii affirmant. (*t*) Ab horum parte ego sto, si honoris causa lautia offerantur. Negotiorum autem vel pactorum causa non accipiet Legatus munera, nisi consulto Principe, ac impetratâ veniâ, ut certior is fiat, qvo modo ac fine munera offerantur. Qvær. *An illa munera sint Legatorum propria, an Principum legantium?* Resp. Dignoscendum hoc esse ex doni qvalitate.

s) Alberic. Gentil. l. 3. de Legat. c. 13.

t) Velst. dec 10. qq. Pol. q. 5 Arum. disc. 14. de I. P. th. 16. Kirch. l. 2. de Leg. c. 9.

§. 120. Domum reversus Legatus *renunciabit* solenniter Principi rem, uti gesta est. Ubi *Veritas* inprimis necessaria est, ut verba referantur, prout in codicillis responsa sunt descripta.

§. 121. Legatum suo munere fideliter defunctum opimis *stipendiis* condecorabit Princeps, sumtus & damna, si qvæ forte facta sunt, refundendo, & honores, præmia ac prærogativas decernendo, non tamen nimiis muneribus ceu papavere eum sopiendo, sed spe majore lactando. Qvær. *An impendiorum ratio à Legato reduce sit exigenda?* Resp. De jure id fieri posse certum est. Svaserim tamen ad qvæstorii calculi severitatem singula non esse exactius revocanda.

CAPUT

CAPUT VI.

De Bello & Victoriâ.

§. 122. ADministrationem Togatam excipit *Sagata*, qvæ tempus belli respicit. *Respond. Fridericus Francke Semigall. Curlandus*

§. 123. *Bellum*, qvod *Priscianus* sic dictum putat κατ' ἀντίφρασιν, qvasi minimè bellum. *Festus* à belluis, ad qvas insectandas primò sit inventum. *Alii* à Belo, qvi primus fuerit belli inventor. *Bocerus* à Græco βέλος, qvia antiqvitus telis gerebatur; derivat. Nos cum *J. Cæs. Scaligero* (*a*) & *H. Grotio* (*b*) à duello dictum censemus, sicut à duonus bonus, à duis bis.

§. 124. Bellum in se est res indifferens, adeoqs Christianis minimè illicita. Nec pugnat vel *cum jure divino* (*c*) vel *cum jure naturæ*. Id enim qvia perpetuum est ac immutabile, nullam patitur dispensatio-nem. Deum autem sæpè non solum permisisse, sed etiâm præcepisse arma qvis ignorat? (*d*) Optimè Cicero: (*e*) *Est hæc non scripta, sed nata Lex, qvam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad qvam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus: ut si vita nostra in aliqvas insidias, si in vim, in tela, aut latronum, aut*

a) *l. 3. de Poët. c. 90.*
b) *l. 1. de Jur. B. & P. c. 1. n. 2.*
c) *Deut. 20. 10. 15. Luc. 3. 14. Matt. 8, 10. Ps. 18 & 144.*
d) *Gen. 14, 20.*
e) *pro Milone.*

inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. Vel *cum jure Gentium.* Nam *Jure Gentium ità comparatum*
f) Liv. l. 13. *est, ut arma armis propulsentur.* (*f*)

§. 125. *Bellum Publicum est status duorum populorum per vim contendentium.*

§. 126. Estq; aliud *legitimum*, aliud *illegitimum*. *Illud* est, qvod legitimè suscipitur, geritur & finitur. *Hoc*, qvod secus.

§. 127. Primò ergò Bellum legitimè *suscipiendum* est, qvod fit, si suscipitur à persona legitima, ex causa legitima, modo legitimo.

§. 128. *Persona*, qvæ suscipiendi belli auctoritatem habet, est S. Magistratus. Armorum enim jus ex Majestatis juribus præcipuis unum est. Hinc in statu populari apud Romanos penes populum resedit belli inferendi deponendiq; arbitrium. (*g*) Plato (*h*) eum capitaliter puniendum docet, qvi sine scito publico pacem vel bellum fecerat. Qvin, Jure Civili Majestatis læsæ reus agitur, qvi arma sine Principis jussu sumit. (*i*) Et ratio est, qvia qvorum lites viâ juris componi possunt, ii armis opus non habent. At eorum, qvi alium superiorem recognoscunt &c. E. &c. Habent enim à qvo lites cognoscantur & dijudicentur. Undè eorum bellum injustum præsumi-

g) *Dion. Halicarn. Ant. Rom. l. 6. c. 58.*
h) *l. ult. de LL.*
i) *l. unic. Cod. ut arm. usus.*

sumitur. (k) Cæterum exceptionem patiuntur dicta [1.] in illis, qvi belli suscipiendi concessam habent potestatem. Tunc enim censetur Bellum geri ex vi summæ potestatis. Nam qvod faciendi qvis alii jus dat, ejus ipse auctor censetur. Qvalem concessam potestatem ex antiqvissimo libertatis prætenso habere Germaniæ Principes, scribit Wahremundus ab Ehrenberg. (l) Qvod tamen restringitur ad casus necessitatis, & ubi jure agi neqvit. (m) Maximè, si Imperatoris copia haberi neqveat, aut si Imperator moratoriâ & delusoriâ procrastinatione illos lactet. [2.] in casu extremæ necessitatis. [3.] in illis, qvi subditos inobedientes ac rebelles armatâ manu invadunt.

k) *Alberic. Gentil. l. 1. de J. B. c. 3. Geil. l. 1. de P. P. c. 4. n. 4.*

l) *l. 1. de fœder. c. 2. n. 56.*

m) *Const. Pac. Publ. de anno 1521. sub tit* die Poen aller Friedbrecher.

§. 129. Sed non sufficit Magistratus ad suscipiendum bellum auctoritas, si non *causæ justificæ* qvoq; adsint. Primò enim curandum est, ut ἐυσεβῆ τὴ δικαίαν πολέμυ πρόφασιν habeat Princeps. (n) Hinc Cicero: *Illa bella injusta sunt, qvæ sunt sine causa suscepta.* Nam *frangit & attollit vires in milite causa. Qvæ nisi justa subest, excutit arma pudor.* (o)

n) *Hal. l. 8.*

o) *Propert. eleg. 6.*

§. 130. *Causa* belli suscipiendi an sit legitima, æstimatur ex justitia *tùm* defensoriâ; *tùm* vindicatoriâ. Ex priori qvod

suscipitur bellum, *defensivum*: Quod ex posteriore, *offensivum* dicitur. *Illud* injuriam propulsat: *Hoc* illatam vindicat.

§. 131. *Bellum defensivum* iterum duplex est, vel *proprium*; vel *alienum*.

§. 132. *Proprium* est, cum quis seipsum defendit. Quod legitimum esse docet Cicero (p) inquiens: *Illud non est modò justum, sed etiàm necessarium, cum vi vis illata defenditur.* Respicit autem hæc defensio inprimis tria. [1.] *Religionem*: Quod bellum in Recess. Imper. suscipi dicitur: Zur Beschirmung des Christlichen Glaubens. (q) Unde Impp. Romani vocantur, Schützer und Schirmer deß Christlichen Glaubens. (r) Ubi tamen omnis fucus abesse debet, ne sub Religionis prætextu Regiones affectentur. Quod sæpè contingere docet Forstnerus. (s) [2.] *Regionem*. Defensio enim patriæ adeò justa est, ut dulce & decorum sit pro patriâ mori, [3.] *personam*. Vim enim vi repellere LL. permittunt non solùm, sed etiam jubent. (t) Et huc etiam spectat defensio subditorum, de qvâ Cicero: *Qvot bella majores nostri susceperunt, qvod cives Romani injuriâ affecti, navicularii retenti, mercatores spoliati esse dicerentur?* Ad qvod tamen non obligatur Princeps, si id sine omnium, aut plurium subdi-

p) *pro Mil.*

q) R. A. zu Regensp. de anno 1532. §. und damit.

r) R. A. zu Nürnberg de an. 1524 §. alß auch

s) *in notis Pol. ad Tacit. l. 1.*

t) *l. 54. §. 4. ff. ad L. Aqvil.*

2. *Verr.*

subditorum incommodo fieri neqveat. *Rectoris enim officium magis circà totum, qvàm circà partes versatur: Et qvò pars est major, eo ad totius naturam propius accedit.* (u) Qvær. *An Magistratus possit civem innocentem in manus hostium tradere, si viribus impar sit?* Resp. Ipse civis amore patriæ se se extradere tenetur: qvod dilectionis officium sine culpâ omittere neqvit. Qvod si renuit, cogi ad id potest à Magistratu.

u) H. Grot. l. c. l. 2 c. 25. n. 2.

§. 133. *Defensio aliena* vel *socios* respicit, vel *oppressos*.

§ 134. Bellum qvod pro defendendis sociis, qvi vel in tutelam sese & fidem per fœdus commiserunt, vel mutua auxilia pacti sunt, suscipitur, justum est. Δεῖ γὰρ τοὺς ἀδικουμένους ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμεῖν, ἢ ὑπὲρ συγγενῶν, ἢ ὑπὲρ δεσποτῶν, ἢ συμμάχοις ἀδικουμένοις βοηθεῖν. (x) Sed cavendum ne pro defensore invasor accedas, qvod Romanos fecisse ingenuè fatetur Cicero (y) inqviens: *Noster populus sociis defendendis terrarum jam omnium potitus est.* Cæterùm pactiones subsidiariæ ad bella, qvibus justa causa non subest, porrigi neqveunt. Imò ne tùm qvidem tenetur illis Princeps, cum nulla spes est boni exitus. Boni n. non mali causâ societas contrahitur. Qvær. *An contrà alios fœderatos socii*

x) Arist. Rhet. ad Alexandr.

y) l. 3. de Rep.

defendi possint? A. nisi priori fœdere aliqvid specialius convenerit.

§. 135. Pro. oppressis qvod suscipitur Bellum, itidem justum est. Qvinimò ad illud S. Magistratus tenetur. Unde Plato (z) puniendum censet, qvi vim alteri illatam non arcet. Qvod & Ægyptiorum LL. cautum est. (a) Verè n. Cicero: (b) *Qvi non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tàm in vitio est, qvàm si parentes, aut patriam, aut socios deserat.* Cessat autem hæc obligatio, si [1.] manifestum est periculum. Potest enim suam vitam & res alienis præferre. [2.] Si oppressus nisi morte invasoris eripi non potest. Nam tunc ex parte invasoris est periculum damni irreparabilis & sempiterni. Qvær. *An defendi qvoq; possint alieni subditi?* A. tùm, si satis tutum & glorioſum est: tùm si summa sit injuria, & ab incurabili aliqvo Tyranno profecta.

§. 136. *Bellum offensivum* est, qvo injuria illata vindicatur, estqve duplex, alterum de damno illato reparando; alterum de pœna sumenda ob vitiosum actum. Prius *recuperatorium*; alterum *pœnale* dici potest.

§. 137. *Bellum recuperatorium* est, qvod suscipitur 1. *ob repetitionem rerum.* Et hoc justum est. Nam *æqvissima vox est, & Jus Gen-*

z) *l. 4. de LL.*

a) *Diod. Sicul. l. 1.*

b) *l. 1. offic.*

Gentium præ se ferens, redde, qvod debes. (c) Hinc apud Sallustium: (d) *Jure Gentium res repeto.* Sic ex raptu Helenæ decennalis Trojæ obsidio fluxit. Cæterum hoc bellum temerè non debet suscipi, sed prius nuntius mitti debet clarigatum, h.e. res raptas clarè repetitum. (e) Qvod si tunc is, qvi res rapuit, judicio sese sistit, arma continenda sunt. Nam *in eum, qvi jure agere & satisfacere paratus est, nefas bellum sumere tanqvam injurium.* (f) 2. *ob repetitionem juris.* Hoc modo justum bellum suscipitur adversus subditos, qvi sese de facto juri S. Magistratus eximunt, & á regno deficiunt, item, qvi se illius judicio submittere nolunt, & nonnisi vi ac armis contineri possunt. (g)

c) *Senec. l. 3. de benef. c. 14.*
d) *l. 6. Hist.*
e) *Plin. l. 22 nat. Hist. c. 11.*
f) *Thuc. l. 1*
g) *2. Reg. 3. 4.*

§. 138. *Bellum pœnale* est, qvod ad delicta vindicanda suscipitur, qvod pro varietate delictorum varium est. *Delicta* enim vel sunt *publica*, qvæ Jus Gentium concernunt. Sic legitime adversus illos bellum suscipitur, qvi transitum innoxium denegant, si de resarciendo damno idoneè antea cautum sit: qvi alimenta necessaria transeuntibus pro refuso legitimo pretio denegant; qvi Legatos violant &c. Vel *privata*, qvæ personam, regionem & subditos unius Principis attinent. Et circà

hæc notandum est, non esse propter hæc bellum suscipiendum, nisi scelera sint atrociſſima & manifeſtiſſima, aut alia aliqva simul causa concurrat. Leviora vero delicta dissimulare satius est, qvam vindicare.

§. 139. Hactenus de causis belli justificis. His opponuntur *injustæ*, qvarum qvædam *apertè* tales sunt, de qvibus meritò usurpem illud Ciceronis: (*h*) *Ea animi elatio, qvæ cernitur in periculis & laboribus, si justitiâ vacat, non modò virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis.* Qvædam *tectè*, qvæ alias solent appellari προφάσεις & *causæ svasoriæ*. προφάσεις qvidem, qvia prætextu qvodam justarum causarum speciem mentiuntur: svasoriæ a. qvia jactantur in se habere veram svadendi ἐνέργειαν ad bellum suscipiendum. Hæ causæ sunt qvasi justificæ, sed expensæ ad rectæ rationis trutinam injustæ reperiuntur.

(*h*) lib. 1. off.

§. 140. Belli causas svasorias ordine enumerat H. Grotius. (*i*) Et sunt 1. *Metus ex vicina potentia.* Qvær. *An id bellum justum sit, qvo propulsatur ea injuria, qvæ qvidem illata nondum est, attamen inferri timetur?* A. si metus justus sit. Præstat enim adversus injurias se præparare, qvam in discrimine coarctari. Cui usui olim introducti

(*i*) l. c. l. 2. c. 22. à n. 5. ad fin.

ducti fuerunt milites limitanei, qvi sub limarcha, h. e. præfecto limitis provinciæ terminos tuebantur. (*k*) Et hodiè tales sunt, Die auff den Frontiren und Grentzhäusern in der Besatzung liegen. (*l*) Qvær. *An arma rectè sumantur ad imminuendam potentiam crescentem, qvæ aucta nocere possit?* (*m*) R. A. zu Resp. si ex alia causa bellum sit justum, ex hâc causa prudenter qvoq; & utiliter susceptum judicatur. (*m*) Sed sola hæc causa non justificat bellum, cum adversus incertos divinâ providentia, & innoxiâ cautione opus sit, non vi. Et ut defensio justa sit, constare debet non saltem de potentia, sed & de animo. 2. *sola utilitas*. 3. *negatum matrimonium*. 4. *mutandæ sedis amor*, ut paludibus & solitudinibus relictis fœcundius solum possideatur. 5. *inventionis titulus*, si ab alio teneatur, etiamsi is sit impius, aut hebetis ingenii. 6. *virtus moralis*, aut religiosa, aut intellectus perfectio. 7. *libertatis acqvisitio*, vel personalis, vel civilis, si legitimâ causa in eam devenerunt. 8. *servitutis naturalis prætextus*, qvasi digni sint qvi serviant, qvos natura ad serviendum idoneos fecit. 9. *titulus R. Imp.* 10. *jus Ecclesiæ*. 11. *spes concepta ex aliqva divinorum oraculorum explicatione*. 12. *debitum*, si ex liberalitate & gratia fuerit profectum.

k) *l. qvas Deo Cod. de off. Prætor.*

l) R. A. zu Speyer *de anno 1570.* §. nach erledigten.

m) *Alber. Gentil. l. c. l. 1. c. 14.*

§. 141 Inprimis culpandi hic sunt nostri secu-

ſeculi homines, qvi ſæpe ſub prætextu, neſcio, cujus non cauſę turpiſſimũ ambitionis & avaritiæ ſcelus occultant *Una nempe & ea vetus & recens cauſa bellandi eſt, profun-*

z) *Salluſt. da cupido imperii & divitiarum.* (n) Alios *in Fragm.* ſtimulat dominandi libido. *Hanc cauſam belli habent, & maximam gloriam in maxi-*

o) *Idem in mo imperio putant.* (o) Qvibus rectè ogge-
Catil. ritur id, qvod Scytæ Alexandr. M. (p) *Si*

p) *Curt. l. 9. dii habitum corporis tui aviditati animi parem eſſe voluiſſent, orbis te non caperet, altera manu Orientem, alterâ Occidentem contingeres.* Alios Avaritia ſtimulat, *penes qvos*

q) *Tacit. l. aurum & opes præcipuæ bellorum cauſæ.* (q)
4. Hiſt. Alios ambitionis prurigo titillat, ſed tragicum plerumqs exitum nacta, ut in Carolo Burgundiæ Duce, qvi eam ob cauſam inprimis bella ſuſcepit, ut, ſicut priſci qvi-

r) *Comin.* dam Heroës, celebraretur. (r)
l. 7. Comm. §. 142. Inter cauſas juſtificas & injuſtas interjacent *cauſæ dubiæ.* Ubi ſvaſerim inter alternantes ſententias ad pacem vergendum eſſe. Modos autem qvibus evitari poteſt, ne controverſiæ in bellum erum-

ſ) *l. c. c. 23.* pant, tres ponit H. Grotius. (ſ) Collo-
n. 7. qvium, Compromiſſum in certum judicem, ac ſortem, cui adjungit qvartum, nempe certamen ſingulare. De qvibus ipſe fuſius. Qvær. *An bellum ab utrâq; parte poſſit*

possit esse justum? N. Interim utrinq; potest esse non injustum, sic ut neuter bellantium ob ignorantiam vel errorem humanâ ope inevitabilem injustè agat, qvia non agit ex deliberato consilio, scienter, volenter. Qvær. *An subditi, si illis injustitia causæ clarè pateat, militare teneantur?* N. qvia sic volentes conscientiæ vulnus infligerent.

§. 143. Qvamvis autem causæ belli justæ sint, non tamen temerè ad arma prosiliendum est. Nam *omne bellum sumitur qvidem facilè, cæterum ægerrimè desinit, nec in ejusdem potestate initium & finis est.* (t) *Nunqvam* enim *minus qvàm in bello eventus respondent* (u) Et *fortuna belli semper accipiti in loco est.* (x) Svaserim ergò, ut fortunam & eventum belli anteà pensites, ac media pacis tentes prius, qvin conditiones etiam duriores ineas, qvam sanguine rem totam experiaris. *Qvicqvid præter opinionem evenire in bello potest, priusqvàm ingrediaris, cõsidera.* (y) Bellum ergò nonnisi ultimum afflictæ justitiæ remedium esse debet. Hinc verè Augusta est Imp. Augusti vox, *bellum non suscipiendum esse*, dicentis, *nisi major emolumenti spes, qvam damni metus ostenderetur.* (z) Nec minus inelegans est illud Imp. Antonini: *Honestius esse unum civem servari, qvàm mille hostes occidi.*

t) *Sallust. in Jugurth*
u) *Liv. l. 30.*
x) *Senec. in Thebaid*
y) *Thucyd. l. 1.*
z) *Sveton. in August. c. 24.*

§. 144.

§. 144. Qvod si Princeps bellum evitare neqvit, nec ullis consiliis avertere, licitè ad arma progreditur, si id fiat justo modo, ac fine (ut pax impetretur,) Nam bella per causas impulsivas etiam justissima, si illegitimo modo ac fine suscipiantur, fiunt injusta.

§. 145. *Modus* hic fundatur in Pietate, Prudentiâ & justitiâ. *Pietas* DEUM: *Prudentia* ipsum Principem; *Justitia* hostem respicit.

§. 146. *Pietas* præcipit, ut, anteqvam Magistratus Christianus bellum suscipiat, Deum supplex fatiget, qvò mala bellica averruncet, & subsidium clementer exhibeat. Exempla hujus pietatis passim exstant, tàm sacra (*a*) qvàm profana. Sic Romani Veteres nonnisi summâ religionis veneratione bellum decreverunt. (*b*) Nec Græcis bellum hostibus facere licitum fuit, nisi victimas prius diis immolassent, & oracula consuluissent. (*c*)

§. 147. *Prudentia* Principem instruit, ut anteqvam bellum suscipiat, cogitet de apparatu bellico. Nam *diu apparandum est bellum, ut vincas celerius.* (*d*)

§. 148. Apparatum autem bellicum in trium rerum copia consistere vult Lipsius. (*e*) Pecuniæ, commeatuum, & armorum.

§. 149.

a) 2. *Chron* 14, 11. c. 20. 12.

b) *Bodin. l.* 5. *de Rep.* c. 5.

c) *Anton. de Gueverr in horolog Princ. l.* 3. c. 14. n. 500

d) *Qvintil l.* 12. *Inst.*

e) *l.* 5. *Pol. Doct. c.* 7.

§. 149. *Pecunia* belli gerendi nervus est. Nam τὸ πολὺ τοῦ πολέμου χρημάτων περιουσία κρατεῖται. (*f*) Cui usui olim inservierunt vectigalia, (*g*) hodiè contributiones & collectæ, qvæ Imperatoris auctoritate, prævia Procerum suffragatione, indicuntur. (*h*) Ubi inprimis duo notanda sunt 1. ut pecunia colligatur in tempore, qvia compertum est, moram feliciter expediendis bellis obfuisse. (*i*) 2. ut tanta qvantitas comparetur, qvanta non solum suscipiendo, sed etiam continuando & conficiendo bello sufficit.

§. 150. Non minor usus est *commeatus*, qvippè, qvo sublato vita tollitur. Nam, *qvi necessarium commeatum non præparat, vincitur sine ferro.* (*k*) Consistit autem in provisione annonæ & rei frumentariæ. Ubi inprimis hæc sunt observanda: 1. ut cibus militibus exhibeatur, non delicatus, qvi eos effæminatos reddat, sed solidus, qvi robur conciliet. 2. ut sufficiens ciborum copia iis prorogetur, ne ex militibus fiant latrones aut fures. *Mendicitas* enim *ad omnem desperationem vocat armatos.* (*l*)

§. 151. Commeatum excipiunt *Arma*, qvæ id præstant militi, qvod cornua contrà vim bovi. Ubi observandum illud Lipsii (*m*) monitum, ut Armamentarium

f) *Thucyd. l. 2.*
g) *Cicero Phil. 5. Tac. l. 4. Hist.*
h) *R. A. zu Regensp. de an. 1541. §. Nachdem aber.*
i) *Sleidan. l. 10. comm. Thom. Cõpanel. de Monarch. Hisp. c. 15.*
k) *Veget. l. 3. c. 26.*
l) *Lampr. in Alex.*
m) *l. c.*

ali-

aliqvod Princeps habeat, in qvo ad certum numerum peditum eqvitumve sint tela & arma, itemqve tormenta, machinæ, & qvæ talia juvandis viribus prior ætas invenit. Item naves, & instrumentum omne nauticum, si regio sit maritima & portuosa.

§ 152. Cæterum, qvod sine Magistratu LL. id sine *militibus* arma sunt. Magistratus est Lex armata: Et arma viva sunt milites.

§. 153. Primum omnium ergò curabit is, qvi bellum susceperus est, ut *milites conficiat*. Conscribi autem solent milites vel ex subditis, vel ex confœderatis, vel ex stipendiariis auxiliaribus. (*n*) Qvær. *An Princeps Christianus cum Principe Christiano bellum gerens, possit bonâ conscientiâ, summâ urgente necessitate, ex gente infideli exercitum conscribere?* Videtur id sane, qvia necessitatis ingens telum est, cui nullo jure Lex ferri potest. (*o*) Hinc multi graviſſimi Viri (*p*) qvæsitum affirmant. Contrà alii non minoris nominis Viri (*q*) negant. Qvib⁹ adstipulor, propterea, qvod ex infidelium commercio facile aliqvid labis populo fideli affricari potest. Plures rationes & contrariarum refutationem vide apud Reinkingium. (*r*)

§.154.

n) Tholos. l.11. de Rep. c.3.
o) Geil. l.1. obs. 102. n. 6.7.8. Wesenb. cons. 40. n. 28.
p) Bocer. in tract. de bell. & duel c. 6. n. 16. Elias Schr. in delin. Jur. Bel. eõcl. 40. lit b. Wurms. ex. rc. 8. J.P. q.24. Jac. Mart. l.3. Pol. c.13
q) Hutter. in tract. de Fœder. Alber. Gentil l.3. de Jur. bell. c.19. Bod. l.5. de Rep. c.5.

§. 154. Inprimis autem *delectus* militum habendus est, ne *purgamenta urbium conscribantur*, (*f*) *qvibus ob egestatem & flagitia maxima peccandi necessitudo est*: (*t*) *qvi sese in luxum effundunt, & epulas, & nocturnos cœtus*: (*u*) *qvibus ad populandos finitimorum agros, tectaq; urenda & capienda pecora aliqva qvidem vis est, sed in acie ac signis collatis nulla*: (*x*) *qvibusq; nec in victoriâ decus, nec in fuga flagitium ponunt*. (*y*)

f) Curt. l. 9
t) Tacitus l. 3. Histor.
u) Idem l. 4 Histor.
x) Liv. l. 28
y) Tacitus

§. 155. In delectu ad 5. respiciendum esse monet Lipsius. (*z*) [1] *ad patriam* in qvâ natus & educatus est, cum *locorum asperitas hominum qvoq; ingenia duret* (*a*) & fortior miles ex confragoso veniat, segnior sit urbanus & verna. Unde svadent Politici, ex agris milites esse conscribendos, (*b*) qvippe, *qvi adsveti sunt hyemem, ac æstatem juxtà pati, humi reqviescere, eodem tempore inopiam & laborem tolerare*, (*c*) qvin & iis, qvę ad effœminandos animos faciũt, *in Jugurth* destituuntur. Qvin etiam septentrionales Meridionalibus præferendos esse docent alii (*d*) qvia *hi ipsi terræ suæ solo ac cœlo acrius* animantur. (*e*) [2] *ad ætatem*. Ubi svadet Lipsius præVeteranis eligendos esse juvenes annorum 17. cum facilius sit hos ad virtutem instruere, qvam illos à vitiis revocare. Ut misceantur, svaserim, qvò juveni-

z) l. c. c. 12.
a) Curt. l. 7
b) Veget. l. 1. c. 3.
c) Sallust. & iis, qvę ad effœminandos animos faciũt, *in Jugurth*
d) Schönb. *de bell. Germ.*
e) Tacitus *de Morib.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0155
DFG

venilem fervorem senilis prudentia, & senilem torporem juvenilis vigor corrigat. [3.] *ad corpus:* ut eligantur ii, qvibus sunt dura corpora, stricti artus, minax vultus. Statura corporis sufficit, si media sit, modò virium robore polleat. [4.] *ad animum:* ut eligantur ii, qvi audaces sunt, & confidentiam habent militarem, *qvibus sudor, pulvis, & alia talia epulis jucundiora sunt,* (f) *Sallust. qviq; nihil metuunt nisi turpem famam.* (f) *in Jugurth* [5.] *ad vitam:* ut non eligantur ii, qvi molli ac ignavo qvæstus genere sese sustentant *v.g.* piscatores, aucupes, dulciarii, linteones, omnesqve, qvi aliqvid tractant ad gynecæa pertinens, opifices & sellularii &c. Qvær. *An domestici milites mercenariis præferendi sint?* Resp. Solis domesticis utendum est, si absqve damno Reip. & agriculturæ id fieri possit. Fideliores enim hi sunt, & minoribus sumtibus aluntur. Sin minus; consultú est, ut mercenarii domesticis misceantur: his a. omnibus officiarii domestici præficiantur, ne occasio alicujus dissensionis aut proditionis præbeatur. Qværit. *An pedites; an verò eqvites præferendi?* Si pugnandum est in loco plano, eqvites fortes præfero: si verò vel oppida propugnanda, aut expugnanda, vel in montanis locis aut impeditis pugnandum est, pedites præ-

præfero. Qvin, & in loco plano pedites licet tardius, tamen certius vincunt.

§. 156. Conscripti milites *lustrandi* sunt, qvod Germani vocant Munsterung, in qvâ explorantur militum qvalitates & mores, ac apti ad bellum armantur & confirmantur, inepti rejiciuntur. Cui actui inserviunt Commissarii militares.

§. 157. Lustrati juramento fidelitatis S. Magistratui se obstringere tenentur, cujus formæ qvidem variæ sunt, omnes tamen in re conveniunt, fidelitate sc. & obedientiâ præstandâ.

§. 158. Præstito juramento recipiuntur milites, qvæ receptio consistit in inscriptione & relatione in certos numeros, legiones nempe, cohortes, turmas &c. (g)

g) Schönb. l. c. c. 4.

§. 159. In singulis numeris ordo esse debet, in qvo semper est primum & secundum. Primi sunt Duces; secundi sunt gregarii milites, de qvibus jam dictum.

§. 160. *Ducum* necessitas magna est. *Militaris* enim *sine duce turba, est corpus sine Spiritu,* (h) *& ut remiges sine gubernatore; ità milites sine imperatore nihil valent.* (i) Duces hos Lipsius, (k) (ex qvo alii Politici hîc sua ferè mutuati sunt) dispescit in primarios & secundarios. *Illos* vocat, qvi summæ rei imperant, suisqve auspiciis & ductu

h) Curt. l. 10.

i) Qvintil. l. 5.

k) l. 5. Pol. Doctr. c. 14

ductu rem gerunt, ut est qvivis Princeps summus. Ubi Qvær. *An præstet ipsos Principes interesse pugnæ, an verò seponi?* Posterius nonnulli. (*l*) Prius pleriqve amplectuntur. (*m*) Qvibus adstipulor, si summa necessitas, & salus Reip. hoc efflagitet. *Si status imperii aut salus provinciarū in discrimine versatur, debebit in acie stare.* (*n*) Hos vocat, qvi alterius nutu s. jussu imperant, & suo tantum ductu rem gerunt, in qvibus 5. respicienda esse monet. (*o*) [1.] *scientiam*, ut artis suæ gnari sint, militiam longo usu combiberint, non auditione solum, aut lectione. [2.] *virtutem*, ut corporis ingeniiq; vigore, & simul animi probitate polleant, qvò in negotiis laboriosi, in periculis fortes, in agendo industrii, in conficiendo celeres sint. [3.] *providentiam*, ut sint cauti & cunctantes, nec ullo loco, nisi qvando necessitas cogit, vel evidens commodum allucet, se fortunæ committant. Hinc Augusta Augusti Imp. vox: *nihil minus in perfecto duce, qvam festinationem, temeritatemq; convenire.* (*p*) [4.] *felicitatem*, ne sint qvartâ lunâ nati & domiqvum habeant Sejanum. [5.] *auctoritatem*, qvam parabit apud milites adstricta imperii forma, comitate tamen nonnunqvam temperata.

l) *Danæus l.7. Pol. c.4 Keckerm. l.1. Syst. P. c.30. 31.*
m) *Bodin. l.5. de Rep. c.5. Gerh. dec. 7. q. Pol.4. König. part.3 Theatr. P. c.22. Conzen. l.10. c.23. Reusn l.2. de art. Strat. c.13. Casel. disp. 5. Eth. q.32 Timpl. l.4. c.10. q.20.*
n) *Tacitus l.4. Histor.*
o) *l. c. c.15.*
p) *Sveton. in August. c.25.*

§. 161.

§. 161. Ducum alii sunt superiores: alii inferiores. Qvorum singulorum ulteriorem distinctionem & ordinationem militiæ Practicæ Studioso relinqvimus.

§. 162. Hæc de Prudentiâ in suscipiendo Bello necessaria; qvam excipit *Justitia* hostes concernens, qvæ reqvirit apertam belli publicationem, Veteribus *clarigationem* dictam, qvasi *claram causæ belli testationem*. Est autem clarigatio indictio s. denunciatio belli legitime facta à S. Magistratu, per fecialem, aut scriptum, ei qvi habet imperium summum. Hæc nisi præcedat denunciatio, bellum non est legitimum. (q) Hinc Cicero: (r) *Belli qvidem æqvitas sanctissime feciali populi Romani jure perscripta est: ex qvo intelligi datur, nullum bellum esse justum, nisi qvod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit & indictum.* Qvær. *An nullum bellum sit legitimum, nisi ante à solenniter indictum?* Resp Bellum defensivum nulla indiget denunciatione, qvippe qvod ipsa natura satis indicit. Offensivum autem omne prædici æqvum est, ut pluribus docent alii. (f)

§. 163. Denunciatio autem belli apud Veteres erat duplex. Alia *conditionata*, qvæ plerumqve cum repetitione rerum conjungebatur. Qvalis est illa apud Livium

(q) *Alberic. Gentil. l. 2. de Jur. bel. c. 1.*

(r) *l. 1. off.*

(f) *Alberic. Gentil. l. c. H. Grot. de Jur. P. & B. c. 3. n. 6. Boter. l. 1. de bel. & duel. c. 3. n. 20.*

t) l. 8. vium. (t) *eam se injuriam, nisi ab ipsis qui fecerint, dematur, omnivi depulsuros esse*. Et hanc vocabant *condictionem*. Alia *pura*, qvæ nullam habebat annexam conditionem & dicebatur *indictio* aut *edictum*. Postremam hanc nonnunqvam ex superabundantiâ priori addebant.

§. 164. Hactenus, qvomodo bellum suscipiatur, dictum est: Susceptum autem bellum benè *gerendum* est, qvod fit per *Prudentiam* & *Justitiam*.

§. 165. *Prudentia* est fons consiliorum bellicorum, qvorum absq; subsidio bellum geri neqvit. *Consilia autem bellica* alia sunt *aperta*, alia *occulta*.

§. 166. *Aperta* hæc sunt [1.] ut Dux belli, prælium commissurus, locum commodum sibi eligat, in qvo lignorum, pabuli & aqvæ est copia, ubi mons altior non est vicinus undè damnum ab hoste metui qveat, ubi inundatio non est metuenda, & qvi hosti aditu est difficiilis. (u) [2.] ut occasionem observet. *Occasio enim in bello solet amplius juvare, qvàm Virtus.* (x) [3.] ut aciem maxima cum peritiâ instruat. [4.] militum animos aptâ oratione & constanti affectu ad alacritatem & obedientiam excitet. [5.] spem fugæ militibus præcidat [6.] opportunitatem hostium callidè anteverrat.

u) *Wendel. l. 2. D. P. c. 42. th. 2.*
x) *Veget. l. 3. c. 26. Herodotus l. 9.*

vertat. [7.] auctoritatem & famam obser-
vet. [8.] à nimiâ, tàm festinatione, qvàm
procrastinatione & securitate abstineat.
Nemo namq; *celerius opprimitur, qvàm qvi*
nihil timet. (y) [9.] singula perpendat, an-
teqvàm congrediatur cum hoste. [10.]
nonnisi necessitate compulsus & summâ
datâ occasione prælio decernat. (z) [11.]
signum dari curet. [12.] prudenter & ma-
gnanimè contrà hostem dirigat milites in
ipso conflictu. [13.] periculum, si qvod in-
ter præliandum impenderit, dissimulet, ne
qvid adversi subditis patescàt. [14.] ape-
riat contrà profectum aliqvem, eumq; au-
gendo animos militum suffulciat. [15.]
partâ victoriâ vix aciem turbari sinat, nec
temerè hosti fugienti instet. Nam fugâ fru-
strati salute, armis eandem sperant. [16.]
prælio peracto augeat numerum, inq; lo-
cum defunctorum alios surroget. [17.] la-
ceratos curet. [18.] occisos sepeliat. [19.]
si victus, subducat reliqvum exercitum vi-
ctori & vires colligat.

§. 167. *Consilia occulta* sunt *Stratagema-*
ta bellica, qvæ occultâ arte hostem supe-
rant, & sunt vel *bona*, vel *mala*, fide ac per-
fidiâ discernenda. Qvær. *An sint licita?*
Multos populos ab illis abhorruisse, scribit
Polybius. (a) τοσοῦτον ἀπηλλοτριῶντο τοῦ

y) *Vellej. Paterc. l. 2*

z) *Val. M. l. 7. c. 7.*

a) *lib. 13.*

κακομηχανεῖν, (NB.) ὥστ' οὐδὲ τοῦ πολεμίους ἠρῶντο δι' ἀπάτης νικᾶν. Audiri potest Florus, (b) qvi *eam*, inqvit, *vir sanctus & sapiens sciet veram esse victoriam, qvæ salvâ fide & integrâ dignitate parabitur.* Hinc nonnemo (c) negat qvæsitum. Contrâ alii plurimi affirmant. (d) Qvibus subscribo, si stratagemata bellica careant perfidiæ notâ, nec egrediantur terminos boni doli. Contrà tamen qvæ fidem violant, & dignitatem, improbanda sunt, Stratagemata. Nam *contrà fœdera aut pacta fraudem qvis probet? qvis item vilem aliqvam & abjectam? ut si qvis hostem veneno tollat, aut clàm immisso, emtoq; percussore?* (e) Qvær. *An in bello liceat uti exploratoribus, & proditoribus?* A. si necessitas & publica salus eorum usum efflagitet. Plura de hâc qvæstione alii. (f)

§. 168. Alterum, qvo Bellum geritur, est *Justitia*, ex qvâ tanqvam fonte resultat *Disciplina militaris*, qvam hîc strictissime sumo, pro severâ coërcitione militum petulantium ac contumacium, in qvorum delicta acriter animadverti debet, sic tamen, ut, qvod suprà monitum est, (g) delicto

b) l. 1. c. 12. c) Georg. Lauterb. im Regenten Buch/ l. 3. c. 4. d) Alberic. Gentil. l. 2. de Jur. bel. c. 3. H. Grotius l. 3. de Jur. P. & B. c. 1. Reusn. l. 2. art. Strat. c. 5. q. 4. Bocer. de B. & D. l. 1. c. 25. n. 13. Schröder. in Delin. Jur. bell. concl. 6. lit. B. Conzen. l. 10. Pol. c. 38. Schonb l. c. c. 44. Wendelin. l. c. c. 44. th. 4. (e) Lips. l. 5. D. P. c 17. (f) Casus l. 5. Sphær. civ. c. 11. Dan. l. 7. Pol. c. 7. Timpl. l. 3. Pol. c. 5. q. 4. (g) l. 2. c. 3.

lícto pœna exactè respondeat. Hinc pœna alia constituitur capitalis, alia non capitalis. Pœnam capitalem incurrunt ii, qvi propriâ authoritate pugnant, qvi sunt contumaces, excubias negligunt, desertores ac pròditores, qvi seditionem excitant, qvi conspirant in aliqvod flagitium, pacis turbatores, signa negligentes; carcerem frangentes, stationis munus negligentes, transfugientes ad hostem, fures &c. Non capitalia sunt alia qvovis modo commissa delicta, in qvibus tamen Princeps pro suo arbitrio pœnam temperare potest.

§. 169. Inprimis milites sunt coërcendi, ne inter bellandum *jus rigorosum*, sed clementiam & æqvitatem observent. *Est h) Cicero* enim *qvod non oportet, etiamsi liceat* (*h*) h. *pro Balbo.* e. qvod pietati & honestati non convenit, *Ammian.* etiamsi pœnæ humanæ non subjaceat. Sic *Marc. l. 30.* licuit patri antè constituta publica judicia filium pro arbitrio occidere, (impunè enim id faciebat:) nec tamen id fiebat salvâ pietate, & officiorum Regulis. Sic apud Romanos olim vigore LL. 12. Tabb. licuit debitoris corp° inter creditores dividere. *i) Qvintil.* At qvis id laudabile vocitet? (*i*) *Qvod nõ ve- l. 3. c. 8.* *tat Lex*, ait Agamemnõ, *hoc vetat fieri pudor.*

§. 170. Jus qvidem rigorosam extendit se lædendi licentiâ tam ad personas, qvàm res.

§. 171. *Personas* qvidem non solum eas, qvæ actu arma tractant, sed & subditos inermes, imò omnes, qvi intrà fines & pomœria hostium deprehenduntur. Atqve sic jure hoc rigoroso non excipiuntur infantes, fœminæ, nec ulli captivi, obsides, dediti &c. ità ut facta expugnatione eos impunè occidere licitum sit. Nam *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.* (k) Unde Marcellus apud Livium: (l) *Qvicqvid in hostibus feci, jus belli defendit.*

k) Senec. in Troad.
l) lib. 26.

§. 172. Qvoad *Res* verò, indultum est jure hoc rigoroso, urbes devastare, diruere, incendio delere, earumqve bona omnia abripere & dividere, fata exurere, tecta comburere, hominum ac pecorum greges abigere, sacra auferre, in res religiosas manus violentas stringere, loca numinibus dedicata vastare &c. Qvod tamen intelligendum est de rebus verè ac merè hostilibus, non verò de iis, qvæ qvidem apud hostes reperiuntur, hostium tamen non sunt.

§. 173. Qvamvis verò hæc omnia impunè permittat juris stricti licentia, latius tamen patent charitatis, qvàm juris regulæ, ità ut *temperamento* qvodam id restringant Christiani. Qvoad æqvitatem enim non licet indiscriminatim in victos grassari,

sari. *Crudeles* namq;, inqvit Seneca, *sunt, qvi cum puniendi causam habeant, modum non habent.*

§. 174. *Qvoad personas* ergò vitanda est inclementia in illos, qvi infortunio qvodam, vel etiam inviti, aut circumstantiarum ignari ad pugnandum trahuntur, in imbelles, qvorum vitæ genus ab armis abhorret, putâ, Clericos, Studiosos, Mercatores, Opifices, qvamdiu tales manent, nec ipsi arma capessunt: in simplices, v. g. fœminas, infantes, pueros. *Ferarum* n. *est*, inqvit Seneca, *permordere abjectos.* Item, in sponte se dedentes, in captivos, præsertim Christianos. Hinc apud Livium (*m*) Camillus: *Arma habemus, non adversus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed adversus armatos.* Qvod apud Justinum (*n*) iterat Grypus. Et M. Alexander apud Curtium (*o*) inqvit: *Cum captivis & fœminis gerere bellum non soleo: armatus sit oportet, qvem oderim.* Dices; *Qvid si gravius deliqverint?* Resp. Si delicta morte digna videntur, misericordiæ erit, ob multitudinem delinqventium decedere de summo Jure: auget enim famam & auctoritatem; convenit etiam modestiæ & excelso animo ignoscere.

m) Decad. 1. lib. 5.

n) lib. 38.

o) lib. 5.

§. 175. *Qvoad res*, parcendum est arbo-

ribus & rebus frugiferis aliis, qvæ ita tenentur, ut hostibus non possint esse in fructu; vel absq; qvorum usufructu hostis se sustentare potest. Parcendum qvoq; est rebus qvæ sacris usibus sunt dicatæ, nisi ullum indè periculum sit. Item, hostium sepulcris. *Impium* enim *est, urnas defunctorum aperire, diteſcendi causa*, qvod Darius responsi tulit aperto sepulcro Semiramidis.

§. 176. Exactè autem sibi constabit disciplina militaris, si non saltem *mali* refrœnentur, sed boni qvoq; stipendiis, tàm ordinariis, qvam extraordinariis, honoribus & privilegiis pro meritis donentur. Qvorum varias species recenset Wendelinus. (p)

p) *l. 2. D. p. c. 45.*

§. 177. Hactenus, qvomodo Bellum suscipiatur, & geratur, dictum est, superest, ut qvomodo finiatur, qvoq; dicamus. *Finitur* autem vel qvoad actus bellicos, vel qvoad ipsum statum.

§. 178. Qvoad *actus bellicos* finitur per *inducias*. Hæ enim nihil aliud sunt, qvam Conventio, per qvam, bello manente, ad tempus bellicis actibus abstinendum est. *Inducia* ergò sic dicuntur, nó qvod pacem inducant, (Legimus enim sæpe hosti ab hoste pacem negatam, inducias datas esse.

q)) Sed

(q).) Sed qvod *inde* h. e. à certo tempore, *otium* sit, cum actus bellici suspenduntur. Unde si *necessitatem* adspicimus, hîc novâ indictione opus non est, cum sublato impedimento temporali, ipso jure sese exserat Status belli non mortuus, sed sopitus, sicut potestas Patriæ in eo, qvi à furore convaluit. *Honestatis* tamen observantes Romanos per fecialem de novo indixisse bellum constat ex Livio. (r) q) *Liv. l. 4.* r) *l. c.*

§. 179. Cæterum hîc notari velim, qvod monet H. Grotius, (qvem in hâc materia defœcato judicio uti nemo sapiens negabit.) (*s*) inducias contrahentes statim obligare, ex qvo contractus absolutus est: at subditos utrinq; obligari incipere, ubi inducîæ acceperunt formam legis, cui inest exterior qvædam publicatio: qvâ factâ statim qvidem incipit habere vim obligandi subditos, sed ea vis, si publicatio uno tantum loco facta sit, non per omnem ditionem eodem momento se exserit, sed per tempus sufficiens ad perferendam ad singula loca notitiam. Qvarè si qvid interea à subditis contrà inducias factum sit, ipsi à pœnis immunes erunt: neq; tamen eò minus contrahentes damnum resarcire debebunt.

s) *l. 3. de Jur. P. & B. c. 21. n. 5.*

§. 180. Inducîæ qvin cessent, cum terminum

minum ſuum attigerunt, nullus dubitat? Ceſſant qvoqve cum ab alterâ parte fides rumpitur. Nam capita conventionis inſunt conventioni per modum conditionis. Qvod tamen non procedit, ſi 1. pœna conventa poſcatur, & ab eo, qvi contra fecit, perſolvatur. Ideò qvippè pœna ſolvitur, ut cætera ſalva maneant. 2. ſi delicta ſint privata, niſi publicus accedat actus vel imperii, vel ratihabitionis, qvæ etiam intelligitur accedere, ſi qvi deliqverint, nec puniantur, nec dedantur: item, ſi non reddantur res.

§. 181. *Qvoad ſtatum*, finitur Bellum *victoriâ*, vel *pace*.

§. 182. *Victoriâ* adeptâ Victor invocato nomine divino eandem moderatè, reſpectu *tùm* ſui ipſius, *tùm* hoſtium, prudentiæ fræno dirigat. Poterit tamen declarare ſuam victoriam, *vel* Triumfis, *vel* Tropæis, *vel* orationibus, *vel* aliâ ratione, ſi modò abſit jactantia & crudelitas. Qvær. *An poſt obtentam victoriam hoſti fides data ſit ſervanda?* A. *Sacra* enim *laus fidei inter hoſtes.* (t) Qvod ſi autem fides data ſit ſub conditione, defectu conditionis, ceſſat obligatio, nec perfidus eſt fidem violans promiſſor. Qvod etiam valet, ſi is, qvi promiſſum urget, non contraxit, ſed damnum

t) Qvintil. l. 2, c. 29.

mnum dedit. Qvær. *An Princeps teneatur hosti fidem servare, qvam Dux ejus vel minister dedit?* Resp. 1. Svaserim, ut Duces in pactis de rebus majoribus, qvatenus contractûs natura patitur, adstringant interpretationem, ne ex ipsorum facto Princeps plusqvàm vellet obligetur. 2. Tenetur autem Princeps fidem à Duce datam servare. [1.] si Duces fecerint id, qvod probabiliter ipsorum officio cõtineri censetur, [2.] si consenserit Princeps per ratihabitionem s. expressam, s. tacitam. [3.] si commodum ex contractu senserit, aut sentiat. *Qvid si duces mandati fines excesserint?* Resp. Obligatur tamen Princeps, si intrà limites publicæ functionis sese continuerint. Qvær. *An Fides à privato data obstringat Principem?* A. nisi cum damno Principis conjuncta sit. Vide de his H. Grotium. (u)

u) *lib. 3. de Jur. B. & B. c. 19.*

§. 183. Cæterùm, moderatè qvoq; suo jure utatur victor, rigoris non nimium studiosus. Sed curet, 1. ut captivos humaniter habeat, iisq; absq; atrocitate imperet, ne intolerabili sævitia fugiendi imponat necessitatem. Vel etiam eos permuter, aut pretio non iniqvo dimittat. 2. ut victis aut Regibus aut Populis relinqvat, qvod habuerunt, imperium. Qvod non humani-

ta-

nitatis solum est, sed sæpè etiam consilii. Nam rectè Darii Regis Legati Alexandro
x) Curtius l. 5. dixerunt: (x) *Periculosum est peregrinum imperium: difficile est continere, quod capere non possis. Facilius est quædam vincere, quàm tueri: quàm Herculè expeditius manus nostræ recipiunt, quam continent.* Dices; *Quid si minus tutum sit, imperio in victos abstinere?* Resp. Temperari res potest, ut aliquid Imperii relinquatur ipsis. Quod si autem omne Imperium victis eripitur, relinqui illis possunt circà res privatas & publicas minores suæ LL. suique mores & magistratus. Et inprimis clementer habendi sunt, sic ut eorum utilitates cum victoris utilitate socientur.

§. 184. *Pax* iniri solet *vel* per pactiones pacificas, *vel* per arbitros, *vel* per deditionem.

§. 185. Quoad *pactiones pacificas*, monemus, optimum esse tempus paciscendi, cum uterque belligerantium sibi confidit. Cavendum ergò ne sollicitando quis inducat pacem. Nam talis Pax plerumq; vergit ad servitutem. Nec victor precibus adeò à se extorqueri pacem sinat, sed potius de S. Jure aliquid remittat. Nam bellorum egregii fines sunt, qui ignoscendo transiguntur. Quær. *An Rex paciscendo possit*

totum

totum Regnum alienare? N. 1. si regnum sit usufructuarium, adeoq; inalienabile. 2. nisi adsit totius populi consensus. Dices; *Qvid si alienârit?* Resp. A populo actus is redditur irritus, nec salvâ jubetur actio contrahenti. Qvær. *Annon partem Imperii possit transscribere?* N. si non adsit consensus illius partis, qvæ alienari debet, qvippe, qvæ invita à corpore, cui coaluit, avelli neqvit. Qvær. *An bona subditorum?* A. urgeat necessitas & publica utilitas. Habet enim Princeps Dominium eminens in bona. Ubi tamen monemus ex H. Grotio. (y) *Qvod in tali casu Civitas teneatur iis, qvi sua amittunt, sarcire damnum de publico, in qvod publicum nomen & ipse qvi damnum passus est, si opus est, contribuet. Neq; hoc onere levabitur Civitas, si nunc forte ei præstationi par non sit, sed qvandocunq; copia suppetit, exseret se qvasi sopita obligatio.* (y) d. l. c. 20. n. 7.

§. 186. *Per arbitros* Pax initur vel ex mutuo compromisso partium belligerantium, vel ex liberâ electione alicujus Prudentis Viri, cui tota res decidenda traditur.

§ 187. Arbitri autem s. illi in vicem Judicum sint electi, (qvod fieri plerumq; solet ab iis, qvi habent S. P. nec superiorem judicem recognoscunt;) s. laxiore qvâdam potestate instructi, id qvod æqvum est,

est, pronuntiabunt: in casibus autem dubiis, qvod minimè dubium est, seqventur.

§. 188. *Per deditionem* pax initur, cum hostis hosti de se arbitrium permittit. Qvæ si *pura* est, ex dedito fit subditus. Ubi tamen Victor, ne qvid injustè faciat, spectare primum debet, ne qvem occidat, nisi id suo *facinore* meritus sit: deinde, ne cui qvicqvam auferat, nisi in justam pœnam. Intra hunc autem modum, qvantum securitas patitur, ad clementiam ac *liberalitatem* propendere semper honestum est. Alia ratio est cum deditione *conditionatâ*, qvæ sibi aliqvid reservat.

§. 189. Facta Pace, summoperè anniti decet, ut qvàm sanctissimè servetur. Spernenda proinde est perfidia & omnis occasio pacis violandæ: qvæ ve postèà capiuntur, reddenda sunt, qvia jure belli non sunt ablata.

§. 190. Tamdiu autem censetur Bellum vigere, qvamdiu Pax non est promulgata.

§. 191. *Promulgatam* autem Pacem sequitur ἀμνηστία. Hinc *exercitus dimissio*, & peractâ ex pacto satisfactione, *militum exauctoratio*. Qvæ est *Pacis exsecutio*.

CAPUT

CAPUT VII.

De Dominio Eminente, ad qvod pertinent *Jura Fiscalia.*

§. 192. HActenus de Administratione *tàm* Togatâ, *qvàm* Sagatâ pro Instituti nostri ratione egimus. *Media* inter has, & qvæ velut confinia Pacis ac Belli attingit, est illa, qvæ complectitur *Dominium Eminens*, s. *Universale*.

Respond. Casparus **Berndt** *Friedeb. Silesius.*

§. 193. *Est* autem *Dominium eminens potestas adornandi, conservandi & augendi Fiscum, ex rebus tùm publicis, tùm privatis, ad tuendam Reip salutem*. Circà jura ergo fiscalia occupatur Dominium Eminens.

§. 194. *Fiscus* nobis *est ærarium publicum publicæ utilitatis gratiâ institutum*.

§. 195. Hunc fiscum ut instituat, conservet & augeat S. Magistratus, pro viribi annitetur. Interest enim Reip. ne fiscus tabescat, cum *nec qvies Gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi qveant.* (*a*)

a) *Tacitus l. 4. Histor.*

§. 196. Instructio, Conservatio & auctio fisci fit ex bonis tàm publicis, qvàm privatis. *Bona publica* sunt viæ publicæ, (qvatenus ad collocupletandum fiscum faciunt,) flumina navigabilia, portus, fodinæ

metallicæ, salinæ, vectigalia, jus venandi, piscandi, aucupandi. Privatorum qvoq; bona huc spectant. Qvanqvàm enim unicuiq; in rem suam Dominium privatum, qvod vocant proprietatis, competat, exigente tamen salute publicâ, cessare dominium hoc, vel in toto, vel in parte potest, & Dominium eminens, qvod Universale vocant, prævalere. Cæterum, *Privati* vel spectantur *singuli singulatim*, qvatenus aut hærede & bonorum possessore sunt destituti, aut pœnam meruerunt. Huc pertinent Bona vacantia, veteres thesauri, bona peregrinorum morientium, mulctæ s. pœnæ. Vel prout sunt *partes universitatis*, s. qvatenus considerantur ut subditi. Huc referuntur tributa tùm ordinaria, tùm extraordinaria: item, angariæ, parangariæ, plaustrorum aut navium præstationes &c. De singulis in specie agendum.

§. 197. *Viæ Publicæ* locupletant fiscum, qvatenus à personis, vel rebus, qvæ pereas transvehuntur, vectigal exigitur. Sed hic curabit Magistratus, ut viæ publicæ sint planæ, benè lapidibus constratæ, perviæ, commodæ, à latrociniis ac direptionibus tutæ, ne tàm exteri, qvàm indigenæ ab importandis in urbem mercibus viarum [fa-

lebris

lebris, interruptionibus & asperitatibus periculosis deterreantnr. (b)

§. 198. Ex *fluminibus navigabilibus & portubus* cùm non minor proventuum spes affulgeat, in id qvoqve incumbet Magistratus, ut flumina, & maria tuta sint à piratis & latronibus, portusqve maris commodi sint ac apti invehendis ac exportandis mercibus. Qvâ de re alii plura. (c) Idem dicendum de *Fodinarum Metallicarum & Salinarum* curâ. De qvâ fusè Patricius. (d)

§. 199. *Jus venandi, piscandi & aucupandi* qvod S. Magistratus solus sibi vendicet, æqvitati naturali contrarium qvidem videtur, sed facilè exspirabit omnis difficultas, si observentur ea, qvæ scribit H. Grotius: (e) *Qvi imperium habet*, inqvit, *in terras & aqvas, ejus Lege impediri possunt aliqvi ne feras, pisces, aves capere & capiendo acqvirere eis liceat: atq; hâc Lege tenentur etiam exteri. Ratio est, qvia ad gubernationem populi moraliter necessariũ est, ut qvi ei vel ad tempus se admiscent, qvod fit intrando territorium, ii conformes se reddant ejus populi institutis. Nec obstat, qvod sæpè in jure Romano legimus, jure naturæ aut Gentium liberum esse talia animalia venari: hoc enim verum est, qvamdiu Lex civilis nul-*

b) *Vid Rosenthal. l. 1. de feud. c. 5. concl. 20.*

c) *Geil. l. 2. obs. 64. Mynsc. cent 5. obs. 70. 71*

d) *l. 7. tit. 6*

e) *lib. 2. de Jur. P. & B. c. 2. n. 5.*

la intercedit, ſicut Lex Romana res multas relinqvebat in illo primævo ſtatu, de qvibus aliæ Gentes aliud conſtituerunt. Cum autem Lex Civilis aliud conſtituit, eam obſervari debere jus ipſum naturæ dictat. Lex enim civilis qvanqvãnihil poteſt præcipere, qvod jus naturæ prohibet, aut prohibere, qvod præcipit, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, & vetare qvod naturaliter licebat, atq; etiàm ipſum dominium naturaliter acqvirendum vi ſuâ antevertere.

§. 200. Ex his varia colliguntur vectigalia. *Vectigal* viarum publicarum dicitur *vectorium*, Stege- und Wege-Geld / qvod percipitur ex iis mercibus, qvæ terrâ advehuntur. Fluminum navigabilium vectigal dicitur *ripaticum, portorium*. Portuum adpellatur *nauticum*, ex mercibus qvæ aqvâ advehuntur. Suntq; hæc omnia vel εἰσαγωγικὰ, qvæ pro mercibus invectis; vel ἐξαγωγικὰ, qvæ pro mercibus evectis ſolvuntur &c. Qvær. *An juſta ſint?* A. ſi aut ad præſtandam ſecuritatem mercibus, aut inter cætera & ob hoc onera ſuſtinentur, ad ea compenſanda vectigal aliqvod imperari mercibus poteſt, dum modus cauſæ non excedatur. Æqvum enim eſt, ut is, qvi commodum ac lucrum exporta-

portatione vel importatione mercium sibi acqvirit, solutione vectigalis hoc agnoscat, & gratum se præstet. Sic vectigal equorum & neti, qvæ Isthmum Syriacum transibant, accepit Rex Salomo. (*f*) Sic Massilienses pro transitu fossæ, qvam ex Rhodano in mare Marius duxerat, vectigal exegerunt. (*g*) Sic pro Rheni transitu pretium accepere Romani. (*h*) Tale etiam fuit Romanum vectigal Erythræum ob sumtus exercitus maritimi adversus piraticas excursiones. (*i*)

§. 201. In specie Vectigalium justitia dependet partim à *causa efficiente*, partim à *subjecto*, partim à *modo*, partim à *fine*.

§. 202. *Causa efficiens* vectigalium est persona qvæ habet jus telonia erigendi, & vectigalia exigendi, nempe *S. Magistratus* (*k*) Hinc in imperio Romano Imperator [cum consensu Ordinum tamen,] vectigalia indicit. (*l*) Qvod in Galliâ & Hispaniâ [non tamen sine Ordinum consensu, (*m*)] facit Rex. (*n*) Unde patet, Electores, Prin-

(*f*) 2. Reg. 10. 28. 12. 14. (*g*) Strabo l. 4. (*h*) Tacit. l. 4. Hist. (*i*) Plin. l. 19. c. 4. (*k*) Schrad. de feud. p. 3. c. 4. n. 40 Tim qvel. de primog. q. 69. n. 7. Bocer. de collect. c. 1. n. 20. Wesenb. cons. 27. n. 24. Sixtin. l. 1. de Reg. c. 6. n. 15. Rosenthal de feud. c. 5. concl. 44. n. 1. Clapmar. de arc. Rerump. l. 1. c. 21. Matth. Steph. de Jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. m. 2. n. 93. Dan. Otto in J. P. c. 11. Paulus Busius disp. 11. de Rep. th 10. (*l*) Mynsing. 5 obs. 29. (*m*) Bodin. l. 1. de Rep. c. 8. Comin. l. 10. Comm. (*n*) cons. Besold. de æra. publ. c. 4. n. 5.

Principes & Duces Imperii nova vectigalia in suis territoriis erigere non posse. (o) Est enim vectigalium indictio de reservatis Imperatoris, juxta verba: (p) Weil auch daß alles zu unser Käyserlichen besonderen Freyheit und Reservaten etc

§. 203. *Subjectum* vectigalium vel sunt *res*, vel *personæ*.

§. 204. Quoad res vectigalia olim varia fuerunt. Pro aëris usu & pro umbrâ vectigal exactum scribit Cujacius, (q) & Clapmarius. (r) Quin etiam ex mercatura honorum vectigal solutum est. (s) Quod non sine causa reprehendit Bodinus. (t) Et, quod miraberis, Imp. Vespasianus ex urina vectigal confecit. (u) *Reprehensus autem ob id à Tito Filio, pecuniam ex primâ pensione admovit ad nares, sciscitans, an odore offenderetur? & illo negante, atqui, inquit, è lotio est.* Nimirum lucri odorem ex re qvâlibet bonum esse existimavit. Sed a page sordidos hosce diteſcendi modos! Alia apud alios vectigalium genera reperies. (x) Apud Romanos qvoq; varia fuisse vectigalia varii scribunt. (y)

§. 205.

o) *Cluten. in sylv. rer qvotid. th. 22. Wurms in J. P. exerc. 6. q. 13. & DD. cc.*

p) R. A. zu Regensp. *de anno 1576. §. da durch dañ.*

q) *l. 10. obs. c. 7.*

r) *l. c. l. 5. c. 14.*

s) *Alex. ab Alex. l. 4. Gen. dier. c. 10. Scipio Amirat. l. 3. discurs. 8 Choppin. de doman. Reg. l. 1. c. 9*

t) *lib. 6. de Rep. c. 2.* (u) *Sveton. in vit. Flav. Vesp. conf. Animadv. Casauboni ad l. c.* (x) *Wahrem. ab Ehrenberg. tract de regn. subsid. & onerib. subdit. c. 4. Tholos. l. 3. de Rep. c. 6.* (r) *Dion. Halicarn. Ant. l. 5. Bodin. l. c.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0178
DFG

§. 205. Cæterùm circa *res* hoc observabit Princeps 1. ut illis rebus minora imponat vectigalia, ex qvibꝰ exigua lucri spes affulget, qvęqꝫ non voluptati, sed necessitati hominũ inserviunt. 2. ne incolarũ mercibus majora imponat vectigalia, qvam peregrinorum, nisi in exportatione rerum, qveis peregrini vel ægrè, vel planè non possunt carere.

z) *Bocer. de Regal. c. 2. n. 192. Cubach.*

§. 206. *Qvoad personas* rectè docent Graviſſimi Viri, (z) Principes, Comites, Barones, & Studioſos à vectigalibus debere eſſe immunes.

cent. 3. qq. illustr. dec. 10. q. 4. Wurms. in

§. 207. De *modo* ac *fine* infra (*a*) agetur. Qvær. *An puniri possint, qvi non profitentur vectigal?* A. Rectè enim vectigal non ſolutum ſeqvi ſolet *pœna commiſſi*, qvâ fiſco applicantur res, pro qvibus vectigal ſolutum non eſt, præeunte ſententiâ declaratoriâ. Idem dicendũ de illis, qvi animo defraudandi fiſcum viâ non publicâ, ſed inſolitâ utuntur. Modum autem pœnæ LL. cujusvis loci ſtatutariæ ferè determinant.

J. P. exerc 6. q. 14. Besold. de ær. c. 4. n. 2. verſ. 2. Bidenbach. qvæſt. nobil. q. 18.

a) §. 216. 217.

§. 208. Publica Bona *privata* excipiunt. Inter bona autem *privatorum*, qvatenus hi *ſingulatim* ſpectantur, eminent *bona vacantia* ſ. *caduca*, ſic dicta, qvod privatis rebus excidentia in publicum civitatis bonum *cadant*, eò qvod ſine dominio particulari inveniuntur. Qvalia ſunt bona de-

functorum, ſ. civium, ſ. peregrinorum, qvi inteſtati nullum ex qvalibet ſangvinis, ſ. rectâ, ſ. transverſali lineâ, vel juris titulo reliqverunt hæredem, ſ. bonorum poſſeſſorem. Ad qvæ etiam referuntur *res pro derelictis habitæ* ſ. mobiles, ſ. immobiles. Qvær. *An bona vacantia fiſco rectè applicentur?* A. ſi certò conſtiterit eſſe vacantia bona, cui certitudini habendæ inſervit diligens inqviſitio; hæredum, ſi qvi eſſe putantur, debita citatio; bonorum ad certum tempus vindicatio. Qvær. *An res pro derelictis habitæ, & inventi theſauri fiſco acqvirantur?* Qvoad jus naturæ nego. Nam

b) H. Grot. l. c. l. 2. c. 2. n. 6.

ἀδέσποτα, i. e. *res hero carentes, ſi naturam ſolam ſeqvimur, ſunt invenientis & occupantis.* (b) De jure autem cultiſſimarum Gentium affirmo, qvod Theſauros & alia ἀδέσποτα Principi addicit. Idq; hodie in

c) Heig. p. 1. q. 13. n. 64. Dan. Otto in J. P. c. 11. Arumæus Diſp. 20. Pand. th. 5 Ungepaur exerc. 3. Juſt. q. 13.

Germaniâ, Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ, Daniâ obſervatur. Qvær. *An inventus Theſaurus in totum, an ex parte dominio Principis incorporetur, & fiſco acqviratur?* A. poſterius; ſic ut *delatori*, ſi alium deferat, tertia rei derelictæ pars; ſi ſeipſum, dimidia aſſignetur. Qvam rem prudens *Fiſci advocatus* pro arbitrio Principis diſponet. Videantur de hâc qvæſtione alii. (c) Qvær. *An navis naufragium paſſa, tanqvam res derelicta cum bonis ſuis legitimè applicetur fiſco?*

ſco? N. qvia nemo ſine injuriâ jure domi-
nii in ſuam rem privari poteſt, niſi juſta
cauſa, vel culpa præceſſerit. Pugnat ſanè
hæc actio fiſcalis cum Jure Gentium, cujus *d*) *Euripid*
vigore ναυαγῶν ἀσύλητον γέ. (*d*) Qvin *in Helen.*
Jure Civili qvoq; talium bonorum confi-
ſcatio interdicta eſt. Aurea eſt illa Imp. *e*) *l. 1. Cod.*
Conſtantini conſtitutio: (*e*) *Si qvando nau- de naufrag*
fragio navis expulſa fuerit ad littus, vel ſi
qvando aliqvam terram attigerit, ad domi-
nos pertineat, fiſcus meus ſeſe non interponat.
Qvod enim jus habet fiſcus in alienâ calami-
tate, ut de re tàm luctuoſa compendium
ſectetur? Nec minus graviter conſtituit *f*) *Auth.*
Imp. Fridericus: (*f*) *Navigia, qvocunq; lo- Navigia.*
corum pervenerint, ſi qvo caſu contingente *Cod. de*
rupta fuerint vel aliàs ad terram perveneri- *furt.*
rint: tàm ipſa navigia, qvàm navigantium
bona illis integra ſerventur, ad qvos ſpecta-
bant, anteqvàm navigia hujusmodi pericu-
lum incurriſſent: ſublatâ penitus omnium
locorum conſvetudine, qvæ huic adverſatur
ſanctioni: niſi talia ſint navigia, qvæ pirati-
cam exerceant pravitatem, aut ſint nobis ſeu
Chriſtiano nomini inimica. Transgreſſores
autem hujus noſtræ Conſtitutionis bonorum *g*) *Conſ. l.*
ſuorum publicatione mulctentur: & ſi res e- ult. ff. de
xegerit, eorum audacia juxtà mandatum incendio l.
noſtrum modis aliis compeſcatur. (*g*) Hinc *ſ. ff. ad L.*
jure civili furti actio poteſt inſtitui contrà *Rhod.*

illum, qvi eas res, qvæ in tempestate levandæ navis causa ejiciuntur, vel fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo aufert. (*h*) Iniqvissima ergò est hodierna consvetudo, qvæ naufragorum bona fisco addicit, cum afflicto non sit addenda afflictio. Idem dicendum de rebus per furtum ablatis & ἐπ' ἀναφόρῳ apud furem deprehensis, qvarum dominium pessimè nonnullorum locorum judices fisco arrogant.

h) §. 48. *Inst. de Rer divis.*

§. 209. Bona vacantia seqvuntur *Bona ereptitia*, qvæ possessoribus propter delicta *eripiuntur*. Et huc referuntur *mulctæ pecuniariæ* ob delictum aliqvod gravius indictæ. Atrocia autem debent esse delicta, qvæ bonorum publicatione & ereptione punienda sunt. Circà qvæ observanda sunt ea, qvæ de infligendis pœnis suprà (*i*) dicta sunt. Fusius autem de hâc materia agere JCtorum est, in qvorum messem hâc vice falcem mittere supersedeo.

i) *l. 2. c. 3. §. 71.*

§. 210. Seqvuntur Bona *privatorum*, qvatenus hi considerantur ut *universitatis partes*. Hæc autem *augent fiscum* vel *positivè*, vel *negativè*.

§. 211. *Positivè* fiscum augent, qvæ eum imprægnant, ut *Tributa*.

§. 212.

§. 212. *Tributum est erogatio patrimonialis pro Reip. utilitate indicta.*

§. 213. Solet vulgò dispesci in *Ordinarium & Extraordinarium*. Illud est, qvod regulariter & uniformiter præstatur: Hoc, qvod irregulariter & non uniformiter, sed prout res & necessitas flagitat, imperatur. Prius *indictio* **Steuer**; posterius *collecta*, **Schatzung** dicitur.

§. 214. Qvoad Ordinaria tributa s. indictiones S. Magistratui observanda veniunt qvædam circà *subjectum*, qvædam circa *modum*, qvædam circa *finem*.

§. 215. Circa *subjectum*, Qvær. *An à personis Ecclesiasticis, vel iis, qvi Ecclesiæ & Scholis inserviunt, sint tributa scisenda?* N. nisi lati fundia possideant.

§. 216. *Modum* imperabit *æqvitas*, qvæ docet 1. ut caveat Princeps, ne *rem auferat cum pulvisculo*, (*k*) ne *deglubat potius, qvàm tondeat subditos* (*l*) ne *cum avaris hortulanis olera ab radice exscindat*. Qvod Alexander se odisse fatetur apud Plutarch. Ne *subditis pennas ità incidat, ut neqveant renasci*, (*m*) ne *nimis emungendo eliciat sanguinem*, (*n*) atq; sic subditos miserè exhauriat, bona eorum pro arbitrio depeculando. Qvid si enim *pacem exsuant subditi, Principum magis avaritiâ, qvàm obsequii impa-*

k) *Plaut. in Bach.*
l) *Sveton. in Tiber.*
m) *Cicero l. 4. ad Attic. Ep. 2.*
n) *Prov. 30.*

impatientiâ? (o) 2. ne ex sordidis rebus tributum exigat. *Indignum* enim *est Principe lucrum ex omni occasione odorari.* (p) Apage ergo Vespasianos, cum vectigalibus urinariis. (q) 3. ne per illegitima media tributa coacervet, qvalia sunt efficta crimina & delationes; qvæ *locupletissimum qvemq; in prædam corripiunt.* (r) 4. ne per illegitimos ministros. Qvales sunt Laverniones isti, qvi omnem hominem decoriare apti nati sunt, qviq; dum ipsis tributi exigendi cura demandatur, lucellum in lucro Principis faciunt, & *præter imperatas pecunias privato compendio suo serviunt.* (s) Studebit ergò Princeps, ut *res suas nonnisi spectatissimo cuiq; mandet.* (t) Qvod si etiam hi in turpitudinem deflectunt, cum pœna amovendi sunt, & *veluti spongiæ exprimendi, postqvàm affatim biberunt.* (u) 5. ne juxtà proportionem Arithmeticam tributa imperet. Æqvaliter qvidem omnibus subditis tributa erunt indicenda, sed æqvalitate, non Arithmeticâ, verùm Geometricâ, ut bonorum exacta habeatur ratio: cui rei inservit *Census*, in qvem qvisq; opes suas deferre debet coram censoribus. (x) Hinc *adæratio & taxatio.* (y)

§. 217. *Finem* statuet *Publica salus & utilitas.* Undè cavebit Princeps ne per privatas

o) *Tacitus l. 4. Annal.*
p) *Ammin. l. 22.*
q) *Sveton. in Vespas.*
r) *Tacit. l. 2. Histor.*
s) *Cæsar. l. 3. de bell. Civil.*
t) *Tacitus l. 4. Ann.*
u) *Sveton. in Vespas. c. 16.*
x) *Plato l. 12. de LL.*
y) *Althus. c. 11. Pol.*

vatas largitiones hiantes adulatorum ac ſcortorum cupiditates tributalibus pecuniis exſatiet, Neronis æmulus, qvi *divitiarum & pecuniæ non alium fructum putavit, qvam profuſionem.* (z) Melius ſenſit Alexander Romanus, qvi *aurum & argentum rarò cuiqvam niſi militi diviſit: nefas eſſe dicens, ut diſpenſator publicus in delectationes ſuas ſuorumvè converteret, id qvod Provinciales dediſſent.* (a) Optimè ergò ſvaſit Philoſophus, Principem debere eſſe φύλακα καὶ ταμίαν, ὥς κοινῶν, ἀλλὰ μὴ ὡς ἰδίων. (b)

z) *Sveton. in Neron. c. 30.*

a) *Lampr. in Alex.*

b) *l. 5. Pol. c. 11.*

§. 218. Circa *extraordinaria tributa* ſ. *collectas* eadem ferè obſervanda ſunt. Addi debent ſeqventia 1. ne, niſi ſummâ neceſſitate urgente, imperentur. Atq; adeò opera danda eſt, *ut ſubditi intelligant, ſi ſalvi eſſe velint: Neceſſitati eſſe parendum.* (c) 2. ne crebra indicantur, & ne *identidem Provinciæ novis oneribus turbentur.* (d) Prudenter ſanè Jacobus Angliæ Rex Filium ſuum monuit: (e) *Noli te locupletare, nova & gravia populo tributa imponendo; ſed eorum opes & facultates certiſſimas tuas divitias exiſtimato.* Nam *adulterinum eſt aurum, qvod cum ſubditorum lacrymis colligitur.* (f) Apage ergo gryphos iſtos aulicos, qvi illicitis exactionibus nova ſubindè & inuſi-

c) *Cicero l. 2. off.*

d) *Tacitus l. 4. Ann.*

e) *in inſt. ad Henr. Fil. l. 2. p. 404.*

f) *Plin. in Paneg.*

inusitata nomina inveniunt, iisq; miseros subditos hirudinis adinstar exsugunt.

§. 219. Qvær. *An is, qvi nec S. P. nec territorialem superioritatem habet, à subditis possit exigere collectas?* A. si urgens sit necessitas, & collectæ unanimi communitatis decreto ac conventione fuerint confirmatæ. Qvær. *An subditi etiam pro his bonis collectari possint, qvæ in alieno territorio sita habent?* A. nisi collectans habuerit limitatam & inferiorem qvandam jurisdictionem. Videantur alii. (o) Qvær. *An forenses ejusmodi collectis qvoq; subjaceant?* A. si publica utilitas & necessitas id postulet, vel consvetudine, statuto, aut privilegio id receptum sit. (p) Nec tamen à forensibus nisi ex communi computo & taxâ moderatâ sunt exigendæ collectæ.

o) *Rosenth de feudis l. 1. c. 5. concl. 8. Tiraqvel de primog. q. 46. n. 19. Andr. Geil l. 2. obs. 53. n. 3.*

§. 220. Collectæ variè à variis dispescuntur. Mihi placet ea distinctio, qvâ distribuuntur in *Imperiales*, Reichs-Steur/ & *Provinciales*, Land-Steur. Qvibus alii addunt *Circulares* Kreyß-Steur/ qvæ tamen Imperialibus ferè subordinantur.

p) *Wesenb. cons. 27. Roland. à Valle cons. 32. vol. 1.*

§. 221. *Collectæ Imperiales* sunt, qvæ ab Imperatore, prævio procerum & Statuum Imperii consensu, universis Imperii civibus, immediatis qvidem primario; mediatis

diatis verò secundariò imperantur, ad totius Imperii utilitatem. Qvalis est collecta pro expeditione Turcicâ & sustentatione Cameræ. (q) Qvær. *An collectas Imperiales Status Imperii ex suis Cameris, an v. â subditis exigere qveant?* Non desunt, qvi posterius negent. (r) Contra alii affirmant. (s) Qvibus adstipulor, propterea, qvod in Recess. Imper. Ordinibus subditorum subcollectatio subsidiaria est permissa, (t) his verbis: Vnd dieweil etc. Darzu die obberürte Hülff an ihr selbst etwas ansehnlich/ und gemeinen Ständen nicht wenig beschwerlich seyn wird/ dieselb auß ihrem Cammer-Gut zu leisten; So ist für billig und notwendig angesehen/ das ein jeder Chur-Fürst/ Fürst und Stand seine Vnterthanen derhalben umb Hülff und Steur ersuchen/ und die von Ihren einbringen mögen. Ubi tamen cavetur, ne Status à subditis ultra summam cuiq; in matricula Imperii designatam qvicqvam exigant. (u) Qvær. *An Dominus Feudi collectas Imperiales exigere debeat à vasallo?* Affirmant alii. (x) Alii negant. (y) Negantibus subscribo, nisi aliud

q) *Limn. in J. P. l. 4. c. 7.*
r) *Bocer. de collect. c. 2. n. 10. Modestin. Pistor. cons. 9. m. 8. Limn. l. c. n. 50. Hænon. disp. 5. Pol. th. 90.*
s) *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 14. n. 129. Caspar Klock. de contr. cõcl. 36. Wurmser. J. P. exerc. 6. q. 7.*
t) R. A. zu Speyer *de Anno 1544.* §. und dieweil. (u) *ibid.* & R. A. zu Regenspurg *de anno 1576.* §. und nachdem. (x) *Heig. p. 1. qv. 18. n. 23. Wesenb. de feud. c. 10. n. 18. Schrader. de feud. p. 9. c. 8. n. 6.* (y) *Corhm. cons. 11. n. 32. Besold. l. de jurisd. c. 20*

liud sub initio pactionis conventum fuerit.

§. 222. *Collectæ Provinciales* sunt, qvæ à certis Provinciarum Dominis suæ Provinciæ subditis imponuntur, inprimis ad dotandas filias. Qvæ tamen multùm secum afferunt molestiæ.

§. 223. Hæc de iis, qvæ positivè fiscum augent: *Negativè* fiscum augent, qvæ faciunt, ne fiscus attenuetur, ut Angaria, parangaria, navium & plaustrorum præstatio.

§. 224. *Angaria* est nomen Persicum. Nam apud Persas Regum nuntii, qvi regias literas, ut celerius perferrentur, certis itinerum spatiis aliis per manus tradebant, & ab aliis accipiebant, *angari* dicebantur, sicut nunc vulgò postæ, q. d. certis locis & itinerum spatiis ad talia ministeria positæ s. locatæ. Rapiebant autem & adigebant ministri Regii ad talia onera, qvoscunqve vel homines vel eqvos: Indè ἀγγαρεῖαι dicta sunt, δημοσίαι καὶ ἀναγκαίαι δουλεῖαι καὶ ἐκ βίας γινόμεναι ὑπηρέσιαι εἰς φορτηγίαν ἢ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν, notante Suidâ. (z) JCti vocant Angariam opus personale, qvod labore corporali expletur.

z) *l. 8. conf. Matth. 27.* 32.

Parangaria autem est ministerium, ad qvod

qvod qvis adigitur præter ordinarium cursum, alioversum. Plaustrorum & navium præstatio qvid sit, patet. Id unicum monemus, ne immoderatis laboribus ac oneribus subditos Princeps aggravet, sed si parati sunt, pro servitiis istiusmodi certam pensionem solvere, eam moderatè sumat & fisco applicet: neminem tamen ad eam solvendam, si ipse nolit, nec evidens necessitas flagitet, cogat.

§. 225. Alii alios fiscum augmentandi modos excogitant, de qvibus, qvia rejectanei sunt plerique, nihil addimus. Id saltem qværimus; *An Princeps debeat augendi fisci gratia nomine regni mercaturam exercere?* A. si 1. commercia ob non tuta itinera, vel pericula, vel privatorum facultatibus exerceri neqveant. Sicut Rex PortuGalliæ commercia & negotiationes in Æthyopiam vi armatâ aperuit & conservavit. 2. utilitas & necessitas Reip. tempore caritatis & inopiæ evidenter id postulet. 3. si negociatio sit ampla, non tenuis, nec sordida. Minimè autem licet Principi ex mercaturis suas augere facultates & privatorum lucra intercipere, aut vitæ tolerandæ occasionem aliis præripere, ut rectè docent alii. (a)

a) *Tholos. l. 4. de Rep. c. 7. n. 5. 6. Anti Mach. l. 3. Theor. 2. Bod. l. 3. de Rep. c. 8.*

CAPUT VIII.

De Subditis.

Respond. Jacobus Nibbius, Leoburg. Prussius.

§. 226. DE Reip. administratione hactenus egi, cujus finis, ut supra dixi, (a) hic est, ut subditorum salus procuretur. Objectum ergo administrationis sunt *subditi*, qvorum natura breviter explicanda.

a) *h. l. c.* 1.

§. 227. *Subditus est pars Reip. imperio S. Magistratûs subjecta ad obtemperandum.* Formalis ergo ratio subditi consistit in subjectione, s. paritione, sicut formalis ratio S. Magistratûs consistit in Imperio.

§. 228. Paritio hęc consistit in recognitione superioritatis s. obedientia. Hinc si qvis edictis, mandatis, & inhibitionibus ex jure territorii profluentibus paret, subjectio & superioritatis recognitio exindè probatur, dummodò ratione imperii & non ex aliâ qvâdam causa pareat. Qvær. *An subditi teneantur obtemperare magistratui iniqva præcipienti?* N. si evidenter iniqva & impia sint. Tunc enim justam obedientiæ exceptionem habent subditi, qvia Deo magis parendum, qvam hominibús. Qvær. *An subditus, qvi magistratui nullam fidelitatem juravit, ab obedientiâ liberetur?* N. non n. ideò qvia jurat, censetur subditus, sed qvia est subditus, ideò jurat. Est enim qvædam

dam qvasi confessio & agnitio subjectionis hoc juramentum. Confessio autem non inducit obligationem aut dispositionem novam, sed inductam confirmat. Unde sicut Vasallus, qvi non jurat, vel cui per pactum juramentum illud Vasallagii remittitur, non minus ad fidelitatem tenetur, ità etiam subditus.

§. 229. Subditos varii variè dividunt, eademq; hic cumulant, qvæ suprà (*b*) de civibus dicta sunt. Nos subditorum certos *Ordines* constituimus, qvos alii *Collegia* appellant, tanqvam plurium personarum ejusdem conditionis colligationes ac societates, qvorum auctoritas pendet à S. Magistratu.

§. 230. Primus *Ordo* est *Nobilium*. Nobilitat autem *Genus, Virtus & Doctrina*.

§. 231. *Generis claritas* primum Nobilitatis gradum facit. Ubi Qvær. 1. *An, qvi ex Patre Nobili, matre v. ignobili nascitur, nascatur nobilis?* A. *tùm*, qvia ipsa Mater à Patre nobilitatem habet, *tùm*, qvia ad feuda in Camerâ & Electoratu Saxoniæ admittuntur. (*c*) Plura de hâc Qvæstione alii. (*d*) Qvær. *An ignobiles à Nobilibus adoptati nobilitatem nanciscantur?* Qvæstum negant nonnulli. (*e*) Alii affirmant, sed distinguendo, & qvidem variè. *Cujacius* distin-

b) *l. 1. c. 4.*
c) *Sixtin. 2. cons. Marp. 9. n. 36. Treut. ler. cons. 115. n. 20. & seqq.*
d) *Tiraqvel de nob. c. 17 n. 20. Jos. Nolden de N. c. 8. cõcl 59. Matth. Steph. de nob. Pol. c. 4. n. 44. Wurmser. exerc. 4. J. P. thes. 12. Besold. l. 1. P. c. 11. n. 25.*
e) *Tiraq l. c. c. 55. n. 6. Wurms. d. l. thes. 13. Vechn. in disc. de nob n. 22. Bes. l. c. n. 54.*

gvit inter nobilitatem & jura nobilitatis, & hæc, non illam à Nobilibus nanciſci adoptatos docet. *Reinkingius* (*f*) diſtingvit inter arrogatos & adoptatos. De illis qvæſitum affirmat: de his negat. Cui aſſentior, ſi arrogatio S. Principis reſcripto confirmetur, ne actus nobilitandi in privati cujusvis ponatur auctoritate.

§. 232. *Virtus* nobilitat eos, qvi ob res, tàm togæ, qvam ſagi tempore præclarè geſtas ab eo, qvi poteſtatem habet, per reſcriptum ſingulare nobilitantur. Ubi hoc notandum eſt, præter Regem Bohemiæ, Archi-Ducem Auſtriæ & Comitem Palatini Rheni, etiam Electores ac Principes alios habere jus ab Imp. conceſſum qvoad ſuum territorium nobilitandi, ſicut contrà Limnæum (*g*) fusè docent alii. (*h*) Qvær. *An virtus Togata bellicæ, Ars Marti ſit præferenda?* Diſtingvunt hìc nonnulli inter actus: & qvoad actus militares milites; qvoad actus facultatis Doctores anteponũt. (*i*) Meo judicio, ſimpliciter Ars præferenda eſt. Rectè enim Alphonſus interrogatus, an libris, an verò armis majorem deferret gratiam? reſpondit: Ex libris & arma & armorum uſum didici. Qvær. *An is, qvẽ Virtus nobilitat, præferendus ſit ei, qvem genus nobilitat?* N. niſi is, qvem genus nobilitat, à majorum partâ gloriâ & virtute neqviter deſciverit, non ni-

f) *l.c.n.32. 33. & ſeqq.*
g) *l.6. de J. P.c.1.n.32.*
h) *Sixtin. l.1. de Reg. c. 4. n. 35. Joh. Noderm. de J. Princ. cõcl. 85. Shrad. de feud. p. 10. ſ.1.n.26.*
i) *Geil. l. 2. obſ. 118. n. 15. Daniel Otto in J. P. cap. 19. Reking. l.1. de R. S. & E. cl.5. c.11. n.90. Arumæus exerc. 7. Inſt. th. 9. Ungepaur. exerc. Inſt. 1. q. 7.*

nõnisi araneantes ac fumosas imagines crepans. Facetè olim Franciscus I. Galliæ Rex ad nobilem degenerem, solis literis, qvibus nobilitatis jura majoribus suis data confirmataqve ostendebat, suffultum: diligenter, inqvit, fac eas serves. Nam si aliqvo tibi fortunæ casu perirent, næ tu miserrimus omnium esses nobilium, qvi nullo, vel virtutis, vel eruditionis documento te nobilem persvadere cuiqvam posses. Videantur de hâc Qvæstione alii. (k)

§. 233. *Doctrina* nobilitat Literatos, inprimis Docentes. Qvorum alii sunt *Theologi*, alii *JCti*, alii *Medici*, alii *Philosophi*. Et horum alii *Doctores*, alii *Licentiati*, alii *Magistri*, alii *Baccalaurei* &c. Doctores Nobilium numero inserendos esse docent Recess. Imp. in qvibus Doctoratûs Privilegia cum Eqvestri dignitate connectuntur. (l) Qvin in Camerâ Imperiali Doctores & Nobiles iisdem fruuntur stipendiis. (m) Sed Qvær. *An Doctor Juris sit nobilis?* Affirmant id summi Viri. (n) Contrà nonnemo id negavit. (o) Prioribus calculum addo,

k) *Bodin. l. 3. de Rep. c. 8. Tholos. l. 4. c. 2. n. 2 Keckerm. in curs. Phil. disp. 21. probl. 12 Arn. l. 1. P. c. 12. m. 245 Reink. l. c. n. 12. Heid. c. 2. Pol. n. 356. Libenthal. exerc. Pol. 10. q. 6.*

l) R. A. zu Augspurg *de an. 1500 sub tit.* Von überflüssigkeit der Kleider *§. item* die

von Adel. (m) *Ordin. Cam. p. 1. tit. 43.* (n) *Jos. Nolden de nobil. c. 5. concl. 37. Daniel Otto in J. P. c. 9. Wurms. in J. P. exerc. 4. th 17. Arum. exerc. 7. Instit. th. 9. Matth. Steph. de nob. Pol. c. 2. n. 9. & 27.* (o) *Valent. Melasius Disp. de Basilic. th. 43. Jenæ 1614. habitâ.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0193
DFG

p) l. 2. §. ult. ff. de excus. tut.

q) lib. 3. de Jurisd. p. 2 c. 14. n. 125.

r) Cothm. resp. Acad. 14. n. 73.

s) Franc. Vales. in sacr. Phil.

t) Heig. p. 2 q. 26. n. 7.

u) Henn. disp. P. 2. th. 34.

Arnis. l. 1.

Pol. cap. 12

Dan. Otto

l. c. Wurmser. l. c.

addo, propterea qvod innumeris ferè constitutionibus Pragmaticis ab Imp. & Proceribus nobilibus accensentur. In Jure qvoqve Civili Nobilissimi appellantur. (p) Dices; multi propter gratiam vel pecuniam hunc Doctoris titulum obtinent. Resp. Abusus non tollit verum rei usum. Puniendi sunt & privilegiis exsuendi isti Professores Academici, qvi ad augustos hos honores bardos admittunt, sumendo pecuniam & mittendo asinos in Germaniam. Qvod fieri posse docet Matth. Stephani. (q) Dices; Qvid ergò fiet de rabulis istis forensibus, qvibus præter latratum nec eruditio est, nec Florēt. doctr. n. a? Resp. Canini isti Causidici nec Doctorum, nec nobilium titulo dignandi sunt. Qvær. An Doctores Professores, qvam Scold. l. 1. P. vis juniores præferendi sint Doctoribus non Doctoribus, etiam senioribus? A. qvia pro illis singularis eruditionis præsumtio militat. (r) Qvær. An dignior locus JCtis, qvàm Medicis concedendus sit? Ab utràqve parte hic valide pugnatur. Pro Medicis alii. (s) Alii pro JCtis militant. (t) Posterioribus adstipulor, qvia dignitas Doctoris ex dignitate ejus disciplinę, qvâ profitetur, æstimatur. Dignitas a. disciplinarum Practicarum & Poeticarum à dignitate objecti dependet. Jam dignior est Objectum J. Prudentiæ, qvam Medicinæ, sicut pluribus docet Reinkingius.

kingius. (u) Qvær. *An bullati Doctores iis-* u) *l. 1. cl. 5.*
dem gaudeant privilegiis, qvibus alii? Ne- *c. 11. n. 77.*
gant qvæsitum plurimi. (x) Nec tamen de- x) *Bocer.*
sunt, qvi affirment. (y) Qvibus assentior, si *de Regal. c.*
cœtera sint paria, nec aliud per statuta, vel *2. n. 129 Be-*
consvetudinem rationabilem inoleverit. *sold. de Jur.*
Qvær. *An Licentiati gaudeant privilegiis Acad. c.*
Doctorum? A. Nam alias Licentia frustra 4. *n. 5.*
esset data. Fusè de hâc Qvæstione alii. (z) *Wurms. l. 1*

§. 234. Hæc de Nobilitatis speciebus. *obs. Pract.*
De Nobilium Privilegiis satis multa scri- *tit. 1. obs.*
pserunt alii. (a) Qvibus etiam Patricios 12. *n. 3. Co-*
qvosdam Civitatum Imperialium frui non *ler. intr.*
absurdè à Viris gravissimis (b) docetur. *de process.*
Id saltem lubet qværere; *An mercaturæ exsecut. p.*
exercitio in Romano Imperio amittatur No- 1. *c. 3. n. 129.*
bilitas? Nonnulli id negant. (c) Plurimi y) *Arum.*
tamen affirmant. (c) Qvibus subscribo, si *in discurs.*
crebrum sit mercaturæ, ejusq; qvæstuosæ, *de A. B. th.*
sordidæ ac tenuis exercitium, & citra 5. *Matth.*
summam necessitatem suscipiatur. Nam *Steph. l. 2.*
ἀγενὴς ὁ τοιοῦτος βίος καὶ πρὸς ἀρετὴν ὑπε- *de Jurisd.*

 ναντίος, *p. 1. c. 6. m.*
8. n. 9.

z) *Matth. Steph. de nob. P. l. 2. n. 40. Wurms. in J. P. ex-*
erc. 5. th. 11. (a) *Limn. in J. P. l. 6. c. 4. Schönb lib. 3. c. 39.*
(b) *Wurms. d. l. th. 14. Matth. Steph. l. c. n. 42. Becht.*
de salv. conduct. c. 3. concl. 125. (c) *Conzen. l. 8. c. 10. n.*
2. Jac. Curt. Brug. tom. 1. conject. l. 2. c. 29. (d) *Limn.*
l. c. c. 5. n. 65. Wurms. l. c. th. 16. Arn. l. 1. P. c. 12. Bodin. l.
3. de Rep. c. 8. Schönborn. l. c. Reinking. l. c. n. 35.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730500446/phys_0195
DFG

νων τίος. (e) Hinc apud Romanos *qvæstus omnis indecorus patribus est visus.* (f) Undè nec in Germania ad ludos eqvestres admittuntur, qvi mercaturam ordinariam exercent. Apud Thebanos qvoq; docente Philosopho, (g) lex fuit, ut qvi magistratum gerere vellet, decem integros annos à mercaturâ omni abstineret. Aliud dicendum est de mercaturâ ampla & splendidâ, à qvâ non abhorruit Eqvester ordo apud Romanos, (h) qvi tamen seminarium fuit Senatorum. (i)

e) *Arist. l. 7 Pol. c. 9.*
f) *Liv. l. 21.*
g) *l. 5. Pol. c. 3.*
h) *Cicer. 2. Verr.*
i) *Lampr. in vit. Alexandr. Sever.*

§. 235. Nobilibus subordinamus *milites*, [cum militia sit velut Scala ad consesseqvendam nobilitatem,] qvos Reip. & ad conservandam, & si fortean amissa fuerit, recuperandam libertatem utiles ac necessarios esse dicimus, tàm belli, qvam pacis tempore. In pace enim de bello cogitandum est.

§. 236. Proximum post milites locum occupant *mercatores*, qvorum utilitas & necessitas in Rep. summa est. Hinc olim *dignitas mercaturæ fuit, ut qvæ commoda ex regionibus barbaris afferret, amicitias cum dynastis conciliaret, & ad multarum rerum peritiam conferret.* (k) Qvo genere hominum Princeps cum fructu sœpè uti potest, s. ad explorandum, s. ad aditum qvendam apud longinqvos & ignotos parandum.

k) *Plut. in Solone.*

dum. Qvin, per hos superflua exportantur, & necessaria importantur. Et, qvomodo absq; commercio civilis societas durare poterit? Sed, qvod supra monui, coërceantur, ne ea qvæ luxui inserviunt, sed qvæ necessaria sunt, invehant, neve reliqvos illicitis mediis exhauriant.

§. 237. Mercatoribus subjungimus *Artifices*, eosq; omnis generis: his *agricolas*, *pastores*, *piscatores*, *hortulanos*: his *mercenarios* &c. Qvos rite locat Libenthal. (*l*) Histriones verò, Ludiones, Pantomimos & id genus reliqvos rejicimus, nisi summâ curâ à Principe ad honestatem & moderationem redigantur. Qvin nec Carnificem per se infamem esse concedimus.

(*l*) *Exerc. Pol. 14. th. 11. & seqq.*

§. 238. Cæterum S. Magistratus studebit, ut certis LL. singulos subditorum ordines adstringat. Mercaturam loco, tempore, mercium genere, personis, monetâ, mensurâ, pondere circumscribat, mercatus publicos constituat, immunitatibus & privilegiis exornet, monopolia privatis non temerè permittat. Ordini opificũ jura & privilegia concedat, certaq; statuta præscribat. Agricolarum curam gerat, iisqve modum præscribat in familia &c. observandum. Certum pretium hospitib^o, mercenariis, opificibus definiat: deniq; omnes, ex Lege, qvam dixit, vivere jubeat.

LIBER TERTIUS,
De Reip. labentis erectione.
CAPUT I.
De Lapsibus s. Morbis Rerumpp.

§. 1. HActenus, qvomodo Resp. sit administranda, dictum est. Male autem administrata in exitium vergere solet. De *Morbis* igitur *Rerumpp.* & eorum fontibus nunc aliqvid dicendum erit, ut his cognitis feliciùs postea remedia suggerere qveamus.

§. 2. Causæ morborum sunt tam *generales*, [qvæ in genere qvasvis Rerumpp. species concernunt,] qvam *speciales*. Et generalium aliæ *remotæ*, aliæ *proximæ*.

§. 3. *Causa generalis remota* est *Fatum*, non *Stoicum*, qvod Chrysippus dixit esse sempiternam qvandam & indeclinabilem rerum seriem & catenam, volventem semetipsam sese, & implicantem per æternos conseqventiæ ordines, ex qvibus apta
a) *Gell. l. 6. c. 2.* & connexa est. (*a*) Hoc enim meritò tanqvam ἄῤῥητον rejicitur ab aliis. (*b*) Nec *Phy-*
b) *Arnis. l. 2. Pol. c. 2.* *sicum*, de qvò hyperbolicè & falsò Manilius:
c) *lib. 4.* (*c*) *Fata regunt orbem certâ stant omnia Lege, Longaq; per certos signatur tempora cursus. Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.* Qvid n. stolidius, qvam ex Thematibus

bus Genethliacis Rerumpp. ætates velle conjicere? Quid stolidius, qvam ad astrorum motuum varietatem & influxum hic omnia velle referre? vel ad Cometas Eclipsesq; eversiones Rerumpp. revocare? Qvod alii fusius refutârunt. (d) Sed *Fatum Theologicum*, qvod nihil aliud est, qvam Dei provida rerum omnium dispositio. *Deus* enim *est, qvi imperia ac regna constituit & evertit.* (e)

§ 4. Causarum *proximarum* alia est *externa*, alia *interna*.

§. 5. *Externa* est *vis externa*.

§. 6. *Interna* vel *tecta* est, vel *manifesta*.

§. 7. *Tecta* continet 1. *insidias* ex clandestinâ conjuratione ortas. Nam scimus *patere vel unius insidiis Regem* (f) Et, *Regum exitus si reputaverimus, plures à suis, qvàm ab hostibus interemtos reperiemus.* (g) 2. *proditionem*, occultum illud & insidiosum malum, *tantum incommodi humano generi afferens, qvantum salutis bona fides.* (h) In qvam inclinant tùm *avari*, qvi famæ, fidei, postremo omnibus rebus commodum suum anteferunt: tũ *leves* & instabiles, qvi ex ancipiti temporum mutatione pendẽt: (g) tùm *dissimulatores* & occulti, qvorum *fraus in parvis fidem sibi præstruit, ut, cum operæpretium sit, cum mercede magnâ fallat.* (i)

d) *Bodin. l. 4. de Rep. c. 2. Thol. l. 21 de Rep. c. 8. Besold. l. 2. P. c. 9. n. 4. König. p. 1. Theatr. P. c. 6. Hœnon disp. Pol. 8. t. 14. Dan. p. 2. Phys. Christ. Tr. 4. c. 32. Argum exitus si reputaverimus, plures à suis, nisæus l. c. Timpl. part 2. Phys. l. 4 c. 4. q. 10.*

e) *Dan. 2, 21. conf. Psal. 44, 3.*

f) *Curt. l. 4.*

g) *Idem. l. 9.*

h) *Val. M. l. 9. c. 6.*

i) *Liv. l. 28.*

§. 8. Ma-

§. 8. *Manifesta* est *Bellum Civile*, qvod
(k) *l. 6. Pol. Doctr. c. 2.* ex duplici fonte derivat Lipsius, (k) *remoto* & *propinqvo*. Remoti Scaturigines duæ sunt. *Fatum* [qvod de Theologico concedimus,] & *Luxus*. Nam *opes* [atq; *divitiæ afflixêre seculi mores, mersamq; vitiis suis, qvasi sentinam, Remp. pessumdedere.* (l) Propinqvi scaturigines tres sunt 1. *Factio*, qvæ
(l) *Florus l. 3. c. 12.* est paucorum, aut plurium inter se coitio, & cum aliis dissensus, ortus vel ex odio,
(m) *lib. 3.* vel ex ambitione. Eleganter Livius: (m) *Factiones fuêre, eruntq; pluribus populis magis exitio, qvam bella externa, qvàm fames morbive qvæq; alia in Deûm iras, velut ultima publicorum malorum, vertunt.* Inprimis *Nobilium factiones trahunt ad se & in*
(n) *Arist. l. 5. Pol. c. 4.* *partes universum etiàm populum.* (n) 2. *Seditio*, qvæ est multitudinis in Principem aut magistratus subitus & violentus motus. Oritur autem hæc vel ab oppressione aut metu. *Ob metum* enim *seditiones movent, & hi qvi fecerunt injuriam, metuentes pœnam, & hi, qvi in se exspectant injuriam, prævenire volentes, priusqvàm ea inferatur.*
(o) *Arist. l. c. c. 3.* (o) *Vel* ab indulgentia & rebus laxis, qvo
(p) *lib. 11.* modo Appius apud Livium (p) inqvit: *non miseriis, sed licentiâ tantùm concitum turbarum: & lascivire magis plebem, qvàm sævire, vel* ab inopia & rebus arctis. Nam

semper

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0200
DFG

semper in civitate, qvibus opes nullæ sunt, bonis invident; vetera odêre, nova expetunt; odio suarum rerum mutari omnia student. (q) Vel à certis Ducibus & turbarum significaris, penes qvos causa atq; origo omnis furoris est, reliqvis contagione insanientibus. Qvos in certas classes distribuit Lipsius, (r) cujus vestigiis hic presssim inhæremus. In primâ classe sunt *Ambitiosi*, qvi *honores, qvos qvietâ Rep. desperant, perturbatâ consequi se posse arbitrantur.* (s) In alterâ classe sunt *obærati*, qvibus afflicta fides in pace, & rebus turbatis alacritas. In tertiâ classe sunt *vani* illi & *ventosi*, qvi *non tàm præmiis periculorum, qvàm ipsis periculis læti, pro certis & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malunt.* (t) 3. *Tyrannis*, qvæ est violentum unius Imperium præter mores & leges. Cum Princeps specie aliqvâ Legum leges omnes evertit, Doctos ac Prudentes, Fortes & magnanimos pellit, omnesq; bonas artes in exsilium agit, & cum Tiberio *eminentes virtutes non sectatur:* (u) per delatores, qvorum *hominum genus publico exitio repertum, nec pœnis unqvàm satis coërcitum* est, (x) in civium dicta factaq; acerbius inqvirit, & innocentes qvoq; ad pœnam rapit: opes subditorum tùm operibus publicis, diuturno labore

q) Sallust. in Jugurth.
r) l. c. c. 4.
s) Cicero 2. in Catil.
t) Tacit. l. 2. Hist.
u) Tacitus l. 3. Annal.
x) Idem l. 4. Ann.

bore & magnis sumtibus faciendis, tùm perpetuâ & rigidâ tributorum exactione imminuit. Talis enim Princeps est in omnium odio & assiduo metu. Nam *qvem metuunt* subditi, *oderunt: Qvem qvisq; odit, perisse expetit.* Hinc ad omnes suspiciones cogitur esse pavidus. (y) Qvod egregiè depingit Xenophon (z) inqviens: *Talis est vita Tyrannorum, ac si adversus hostilem phalangẽ perpetuò in acie starent, qvorumvis ictibus impunè prostituti, qvandoqvidem per oppida non secus ac per castra hostilia proficisci coguntur, armigeris jugiter stipati, ac qvot intuentur cives, tot sibi paratos timent hostes. Et qvidem civium privatorum cædes cæde acriter vindicatur. At tyrannicidæ non solum non afficiuntur supplicio, sed & magnificis insuper decorantur præmiis. Et cum Templis ejiciantur, qvi privatos homines occiderunt, Tyrannicidis statuæ in templis ipsis ponuntur.*

(y) *Tacitus l. 2. Histor.*

(z) *in Tyr.*

§. 9. Hæ sunt generales morborum causæ. *Speciales* qvoqve pensitandæ, vel videndum, qvomodo recensitæ generales applicentur ad 3. Rerumpp. species, Monarchiam, Aristocratiam, Democratiam.

§. 10. *Monarchia* evertitur, cum plures in eâdem Gente, vel civitate oriuntur Viri,

Viri, secundum Virtutem bellicam inprimis similes, qvi Imperium unius ferre detrectãt, propterea qvod ille vel ab antecessorum virtute recedit, & imperium magis herile affectat, [qvod fit in regno successorio,] vel etiam Tyrannicè regnum administrat, aut mollis, ignavus & effœminatus existit. [qvod fit in regno electivo,] Tyrannis enim odium; mollities contemtum parit".

§. 12. *Aristocratia* evertitur, cum vel plebi fit injuria ab Optimatibus, vel ipsi optimates inter se dissentiunt. Qvod fit, cum ex eâdem familiâ continuantur magistratus, qvæ nobilitatis superbia in Tyrannidem abire solet, sicut de Miltiade scribit Cornelius Nepos: *Miltiades multum in imperiis magistratibusq; versatus, non videbatur esse posse privatus, præsertim cùm consvetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur.* Qvod item fit, qvando imperia magna in longum tempus prorogantur. Tunc enim Aristocratia in Tyrannidem etiam degenerare potest, vel etiam per motus civiles everti, cum alii ægrè ferant, se præteriri, undè indignatio & dissensio. Inprimis Aristocratia evertitur, cum plebs adversum optimates insurgit".

§. 13.

§. 12. *Democratia* vel degenerat in Oligarchiam & Tyrannidem, cum plebis & patritiorum non est æqva potestas, sed patritii præponderant: vel in Ochlocratiam, cum effrœnis plebis arbitrio omnia subjiciuntur.

CAPUT II.

De Morborum Remediis, s. Reip. labentis erectione.

Respond. Petrus à Pirch, Nob Prussus.

§. 13. COgnitis morbis *remedia* qværenda sunt, qvibus Rerumpp. eversio præcaveatur, lapsus corrigatur. Singulis autem morbis singula opponimus medicamina.

§. 14. *Fato* opponimus *seriam pœnitentiam* & vitæ anteactæ emendationem. Neqve enim Fatum absolutum, sed conditionatum agnoscimus.

§. 15. *Vi externæ* externam vim prudenter & pro temporum ac locorum opportunitate opponendam censemus, qvod ex cap. *de Bello* exactius patebit.

§. 16. *Insidias* ut effugiat S. Magistatus, saluberrimum suggerit monitum Philosophus, (a) svadens, ut Princeps adhibeat κατασκόπους qvosdam, aut ὠτακουστάς, & curet, ne lateat, qvid qvisq; subditorum faciat aut dicat. Inprimis in illustriores inqvirat,

a) *l. 5. Pol. c. 11.*

qvirat, & obſervet, qvinam vel ipſi criminantur, vel ſermonibus criminantium faciles aures præbent. Cui uſui *delatoribus* præmia decernet, pecuniam & impunitatem. Nam *cum ſecum animus præmia reputat, ſimulq; immenſa pecunia & potentia animo obverſantur: cedit fas & ſalus aliorum.* (*b*) Ubi tamen cautè & lentè aget Princeps, ne delatoribus fidem qvoqve cum auribus conſeſtim præbeat, ſed omnia ſecum prius acriter diſcutiat, ne vulgi judicio inſontes ob invidiam & metum exſtinxiſſe videatur. *Ægerrimè* enim *vulgus credit, qvod inermis inſidias armato ſtruat.* (*c*) Comperias autem inſidias in Autoribus graviter puniet. Nam *inſidiatori aut latroni qvæ poteſt afferri injuſta nex?* (*d*) Ubi tamen hæc duo obſervabit Princeps [1.] ut, ſi inſidiæ inopportuno tempore, vel de magnis auctoribus, qvi tutò ſtatim non poſſunt puniri, deteguntur, eas diſſimulet. *Solum* enim *ſæpè inſidiarum remedium eſt, ſi non intelligantur.* (*e*) [2.] ut nonnunqvam pœnam, vel plane, ſi tuto poteſt, donet; ſin minus, temperet, inprimis, ſi illuſtris aliqvis comprehenditur in hoc ſcelere, cui ipſe & Patria devinciuntur. Hoc enim & famam & benevolentiam conciliabit. Inprimis contrà inſidias ſeſe muniet *Innocentiâ,*

b) *Tacitus l. 15. Ann.*

c) *Dio. l. 52*

d) *Cicero pro Milone*

e) *Tacitus l. 14. Ann.*

centiâ, ne crebrâ aliorum læsione causam ipse præbeat sui lædendi. Nam *discimus experimento, fidelissimam esse custodiam Principis, ipsius innocentiam.* (*f*)

f) *Plin. in Paneg.*

§. 17 *Proditio*, postqvam præviâ indagatione explorata est, *puniri* debet 1. *celeriter*. Nam *impia proditio celeri pœna vindicanda est.* (*g*) 2. *semper*, propterea, *ut in præsens sceleratos cives timore ab impugnandâ patriâ deterreas: & inposterum documenta statuas, ne qvis talem amentiam velit imitari.* (*h*) [3.] *graviter*. Namq; *nulla esse potest in tanti sceleris immanitate puniendâ crudelitas.* (*i*) Unde Plato pœna sacrilegorum eos afficiendos esse docuit. (*k*)

g) *Val. M. lib. 9. c. 6.*

h) *Cicer. ad Attic. Epist. 15.*

i) *Cicer. 4 in Catil.*

§. 18. Qvem porrò posuimus ex Lipsio morbum, videl. *Bellum civile*; illi ex eodem remedia adsignabimus. Qvid *Fato* opponendum sit, suprà diximus. *Luxui* opponi debent *LL. disciplinares* s. censurariæ, de qvibus *lib. 2. c. 2.*

k) *lib. 9. de LL.*

§. 19. *Factiones* in ipso semine comprimet Magistratus, juxta præceptum Aristotelis: ἀρχομένων δεῖ τῶν τοιούτων εὐλαβεῖσθαι καὶ διαλύειν τὰς τῶν ἡγεμόνων καὶ δυναμένων στάσεις. (*l*) *Parva* enim *sæpè scintilla neglecta, magnum excitavit incendium.* (*m*) Inprimis autem prohibebit S. Magistratus clandestinas sodalitates, convivia

l) *l. 5. Pol. c. 6.*

m) *Curt. lib. 6.*

vivia & conversationes, ne conjurare possint: qvod difficile non foret, si tam amicè conversarentur.

§. 20. *Seditioni* qvoq; in tempore occurret Princeps. Nam, *sicut omne malũ nascens facilè opprimitur: inveteratum sit plerumq; robustius;* (n) Sic *incipiens & nondum adulta seditio melioribus consiliis flectitur.* (o) Mittet ergò Princeps tales, qvibus *facundia adest mulcendig; vulgum artes & auctoritas.* (p) Qvin, in re ancipiti & periculosâ ipse qvoq; adiet, sicut fecisse legimus Imp. Augustum, qvi *vultu & aspectu Actiacas Legiones exterruit.* (q) Qvod si autem jam coaluit seditio, & imperium detrectatur, pœnitentibus spem offeret, impœnitentibus vi armatâ metum intendet. Inprimis autem studebit, ut per occultas artes consensum multitudinis tollat, qvosdam occultis præmiis alliciat, qvosdam subdolè fallat per alios, qvi eadem velle simulent, qvò plus auctoritatis insit consiliis; blanda qvoqve offeret, imò ambiguè promittet, irrita postea facturus ea, qvæ per seditionem sunt expressa. Post sedatam autem seditionem non nimis sæviet. (r) *Omnium culpa fuit, paucorum sit pœna,* (s) & contentus erit, si *nefariæ seditionis auctores sanguine luant, qvod admiserunt.* (s)

n) Cicero Phil. 5.
o) Tacitus l. 1. Histor.
p) Idem l. 3. Histor.
q) Idem l. 1. Ann.
r) Tacitus l. 1. Histor.
s) Liv. l. 28

§. 21. *Tyrannidem* ferendam alii docent. Undè Æneas Sylvius, (*t*) *Tolerandum est*, inqvit, *patienter, qvicqvid Princeps facit iniqvi, exspectandaq; est vel successoris correctio, vel supremi judicis emendatio, qvi violentias & injurias non sinet esse perpetuas.* Contra alii auferendam stat tuunt. Sic Cicero (*u*) docet, *Græcos homines Deorum honores tribuisse iis, qvi Tyrannos necaverunt.* Nos, antequam concludamus, distingvimus [1.] inter *Tyrannos solâ occupatione* tales, qvi Imperium nullo legitimo titulo s. jure invadunt; *sola administratione*, qvi regnum occupatione legitimâ acqvisitum, Tyrannicè administrant; & *occupatione ac administratione simul*, qvi regnum occupatione legitimâ acqvisitum, illegitimè administrant, hoc unicè agendo, ut LL. regni fundamentales evertant, & omnia ad suum commodum principaliter referant. [2.] inter *vitia Tyranni propria*, qvæ ipsi qvâ Tyranno competunt, & ex pluribus actionibus Tyrannicis in consvetudinem jam abeunt: & *communia*, s. privata, qvæ etiam reliqvis hominibus improbis competunt, *v. g.* adulteria, rapinæ &c. [3.] inter *subditos* eos, qvi *mere tales* sunt; & eos, qvi sunt *Status subalterni*, qvibus Princeps sese pactis, conventis &

Legi-

(*t*) *de ort. & autor. Imp. Rom.*

(*u*) *pro Milone.*

Legibus obligavit. [4.] inter *resistentiam* merè *defensivam*, ac *offensivam*. Qvibus præsuppositis, seqventibus conclusionibus nostram sententiam exponimus. *Concl. 1.* Tyrannus occupatione solâ talis, qvantum ad initium occupationis Tyrannicæ potest bonâ conscientiâ removeri à subditis, qvandiu pactio nulla seqvitur, aut fides ei datur, sed solâ vi retinetur possessio, inprimis, si accedat diserte auctoritas ejus, qvi jus verum imperandi habet. Qvando a Tyrannica illa invasio vel expresso, vel tacito populi liberi, qvi jus habet sese in alterius dominium transcribendi, consensu est approbata, non licet deindè ex postfacto Tyranno resistere. Nam tunc præscriptione qvoq; longi temporis imperium fit legitimum. Qvod tamen non valet de populo, qvi legitimum Dominum adhuc habet. Etiamsi enim hic sponte homagium præstet invasori, & prioris Domini jurisdictionem abjuret, exindè tamen prior Dominus non privatur suo jure nec ulla possessio transfertur in recognitum, nisi accedat vel expressa, vel tacita prioris Domini ratihabitio. Nam alias, qvod qvis non habet, hoc alteri dare neqvit. *Concl. 2.* Tyrannus in administratione non potest deponi ob vitia privata & communia, qvia illa sta-

cum Reip. immediatè non destruunt. Sed *qvomodo sterilitatem, aut nimios imbres, & cætera naturæ mala; sic luxum & avaritiam,* [& qvæ non vitia privata?] *dominantium*

x) *Tacitus tolerare debemus.* (x) Qvod etiam obtinet, *l. 4 Histor.* si Princeps fortassis unam vel alteram actionem Tyrannicam exerceat. Non enim cessat officium Regis, nisi ob habitum Tyrannicum. *Concl.* 3. Tyrannum consummatum, subditi, merè tales occidere vel amovere neqveunt, sed illis *indigna, digna habenda sunt, Rex qvæ facit,* qvia nihil eis, nisi obsequii gloria relicta est. *Concl* 4. Subditi subalterni, qvi sunt pars Status Publici, & jurârunt in custodiam Legum fundamentalium Regni, resistentiâ merè defensivâ, non offensivâ, possunt sese opponere Tyranno, si fundamentales Regni Leges pessumdare, & ipsa substantialia consociationis jura everrere moliatur. Hæc & plura de hâc materia alibi dixi. (y)

y) *in Disp. super qvæst An subditi jure possint Tyranno resistere?*

§. 22. Generalium hactenus morborum generalia medicamina vidimus. Ad specialia progredimur. Et qvidem *Monarchia* à lapsu conservatur, & lapsura erigitur, *Si* Monarcha in regno successorio virtutis patriæ presse tenax sit, *si* omnia in regimine ut parens bonus ad subditorum tanqvam filiorum utilitatem referat, & non

& non plus se posse putet, qvam qvod honeste & per LL. regni fundamentales potest. Hoc ipso namq; administrandi modo subditorum sibi conciliat benevolentiam, qvæ est maximum regni firmamentum.

§. 23. *Aristocratia* à lapsu præservatur, & lapsura erigitur, *si* Optimates ergà plebem rectè & decenter se gerant, ac dissidiis & contentionibus mutuis maturè sanctis legibus earumq; rigidâ observantiâ occurrant. Et in specie, *si* in eâdem familiâ magistratus maximos continuari non sinant, nec magistratus diu prolongent, nec plebem injuriæ specie feriant, ut per contemtum, per immoderatas usuras &c. *si* caveant, ne plebs adversum Optimates insurgere possit, qvod fiet inprimis bonâ ac statui conveniente juventutis institutione, & legibus disciplinaribus, in hunc usum conditis. De qvibus suprà. *(z)*

z) *l. 2. c. 2.*

§. 24. *Democratia* à lapsu conservatur, & lapsura erigitur, *si* unitas Religionis observetur: *si* omnes cives convenienter huic statui educentur, *si* Patritiorum & plebis æqva sit potestas: *si* curetur, ne plebs cum egestate colluctari cogatur: [qvod qvomodo fieri possit, docet Aristoteles. *(a)*] *si* magistratus creentur ex omnibus & ab omnibus, atq; sic omnes vicissatim sibi im-

a) *l. 6. Pol. c. 5.*

bi imperent & obtemperent: *si* uni idem magistratus non bis terve demandetur, ne reliqui se excludi indignentur, & unus crebrâ prælatione tumefactus contra Remp. insurgat: *si* magna imperia angustis terminis coërceantur, tùm ut pluribus aditus ad magistratum pateat, tùm ne diuturna imperia in tyrannidem exeant, nisi fortè mutatio multa secum incommoda trahat: *si* judices ex omni populo legantur. Plura vide apud Forstnerum. (*b*)

(*b*) *in Not. ad l. 2. Annal. Tacit. p. m. 128. seqq.*

Errata.

p. 5. l. 6. pro usuraria *lege* usuaria. *p. 20. l. 21. pro* qvi *lege* qvæ. *p. 90. l. 1. pro* Ecclesiasticus *lege* Politicus. *p. 94. l. 26. pro* qvi *lege* qvæ. *p. 97. l. 17. pro* ut *lege* si. *p. 103. l. 22. pro* qvod *lege* qvid. *p. 133. l. 19. pro* ἀδικημάτοις *lege* ἀδικ. *p. 142. l. 3. pro* ma *lege* arma. *p. 166. l. 3. pro* reservatis *lege* reservatis.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0212
DFG

& non plus se posse putet, qva
neste & per LL. regni fundan
est. Hoc ipso namq; adminis
subditorum sibi conciliat ben
qvæ est maximum regni firm

§. 23. *Aristocratia* à lapsu
& lapsura erigitur, *si* Optim
bem rectè & decenter se ger
diis & contentionibus mutuis
citis legibus earumq; rigidâ
occurrant. Et in specie, *si* in
liâ magistratus maximos co
sinant, nec magistratus diu
nec plebem injuriæ specie fe
contemtum, per immoderat
si caveant, ne plebs adversu
insurgere possit, qvod fiet in
ac statui conveniente juventu
ne, & legibus disciplinaribu
sum conditis. De qvibus sup

§. 24. *Democratia* à lapsu
& lapsura erigitur, *si* unitas R
servetur: *si* omnes cives c
huic statui educentur, *si* Pa
plebis æqva sit potestas: *si* cur
cum egestate colluctari cog
qvomodo fieri possit, docet
(a)] *si* magistratus creentur
& ab omnibus, atq; sic omnes

l. 2. c. 2.

l. 6. Pol.
c. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730500446/phys_0215
DFG